180
J61.

CANCELLED

Girton College Library

IOANNIS SARESBERIENSIS EPISCOPI CARNOTENSIS METALOGICON

IOANNIS SARESBERIENSIS EPISCOPI CARNOTENSIS METALOGICON

LIBRI IIII

RECOGNOVIT

ET PROLEGOMENIS, APPARATV CRITICO, COMMENTARIO, INDICIBVS INSTRVXIT

CLEMENS C. I. WEBB, A.M., LL.D.

COLLEGII ORIELENSIS, NECNON ACADEMIAE BRITANNICAE SOCIVS,
ET IN VNIVERSITATE OXONIENSI
PHILOSOPHIAE IN FIDE CHRISTIANA INSITAE PROFESSOR,
QUONDAM COLLEGII B.M. MAGDALENAE SOCIVS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
MCMXXIX

OXFORD UNIVERSITY PRESS
AMEN HOUSE, E.C. 4
LONDON EDINBURGH GLASGOW
LEIPZIG NEW YORK TORONTO
MELBOURNE CAPETOWN BOMBAY
CALCUTTA MADRAS SHANGHAI
HUMPHREY MILFORD
PUBLISHER TO THE
UNIVERSITY

Printed in Great Britain

REGISTRVM

EORUM QUAE IN HOC LIBRO CONTINENTUR

PROLEGOMENA PAG.

§ 1. De Metalogicon editione nostra xi
§ 2. De Metalogicon codicibus manu scriptis . . . xi
§ 3. De Metalogicon editionibus xii
§ 4. De ratione editionis nostrae xiii
§ 5. De scriptoribus quibus usus est in Metalogicon scribendo Ioannes Saresberiensis xiii
§ 6. De Metalogicon titulo xxi

CORRIGENDA xxiv

PROLOGVS IN METALOGICON 1

METALOGICON

LIBER I

Cap. 1. Calumnia quae ut Cornificio suo responderetur extorsit 5
2. Descriptio persone suppresso nomine . . . 8
3. Quando, qualiter, et a quibus fuerit institutus . . 9
4. Qualiter euaserint consortes erroris 12
5. Quantis uiris, et quare, familia illa detrahere audeat 16
6. Quibus rationibus nitatur 20
7. De commendatione eloquentie 21
8. Quod natura usu iuuanda est, et exercitio . . . 23
9. Quod homines nititur elingues facere qui logicam impugnat 26
10. Quid significet nomen logice, et quod omnes artes colende, nisi reprobate sint 27
11. Quid ars, et de speciebus ingeniorum; et quod artibus excolenda sunt 28
12. Vnde artes dicantur liberales 30
13. Vnde dicatur gramatica 31
14. Quod ipsa, etsi naturalis non sit, naturam imitatur . 32
15. Quod adiectiua secunde impositionis substantiuis prime non apte copulantur, ut equus patronomicus 34
16. Quod adiectiua prime impositionis substantiuis prime iunguntur 39
17. Quod et in poetica naturam imitatur 42
18. Quid sequi doceat et quid uitare gramatica . . 44
19. Quod figurarum perutilis est cognitio . . . 46

LIBER I PAG.

Cap. 20. In quibus gramaticum oporteat occupari . . . 48
21. Quantis uiris placuerit, et quod sine ea non magis quis philosophari potest quam si sit surdus aut mutus 50
22. Quod auctoritate Senece suum tueatur errorem . 51
23. Que precipua sunt ad exercitium philosophie et uirtutis; et quod gramatica eorum est fundamentum 52
24. De usu legendi et prelegendi, et consuetudine Bernardi Carnotensis et sequacium eius . . . 53
25. Breuis clausula de laude gramatice 58

LIBER II Prologus 60

Cap. 1. Quod logica, eo quod uerum querit, ad totam proficit philosophiam 60
2. De secta Peripatheticorum, et ortu logices, et eius auctore 62
3. Quod logica philosophantibus prelegenda est, et de differentia demonstratiue itemque probabilis logice et sophistice 64
4. Quid dialectica, et unde dicatur 65
5. De partibus dialectice, et fine logicorum . . . 66
6. Quod omnes logicam appetunt, sed non omnes assequuntur 68
7. Quod nugiloquos uentilatores dedoceri oportet, ut sciant 72
8. Quod eos Aristotiles compescuerat, si audiretur . . 74
9. Quod inefficax est dialectica, si aliarum destituatur subsidio 76
10. Quorum auctoritate precedentia et sequentia constent 77
11. Quid sola dialectica possit 83
12. In quibus constet exercitium eius, et quo utatur instrumento 83
13. Quante utilitatis sit scientia probabilium, et quod simpliciter necessaria non facile innotescunt . . 84
14. Item de eodem 87
15. Que propositio sit dialectica, et quid problema . . 88
16. Quod omnes alii professores huius Aristotili cedunt . 90
17. Quam perniciose doceatur, et que fuerint de generibus et speciebus opiniones modernorum . . . 91
18. Quod posteriores semper priorum opiniones immutant 96
19. In quo non sit parcendum doctoribus huiusmodi . 97

REGISTRVM

LIBER II PAG.

Cap. 20. Sententia Aristotilis de generibus et speciebus circumuallata rationibus multis et multarum testimonio scripturarum 97

LIBER III Prologus 117

Cap. 1. Quomodo Porphirium legi oporteat et alios libros . 120
2. De Cathegoriarum utilitate et instrumentis . . 123
3. Que sit predicamentorum conceptio, et quibus contenta sit sobrietas philosophantium . . . 127
4. Que sit conceptio et utilitas Periermeniarum, uel rectius Periermenias 135
5. In quibus consistat corpus artis; et de Topicorum utilitate 139
6. De utilitate et conceptione trium librorum in Topicis 143
7. Breuis ratio quarti et quinti 145
8. De titulo diffiniendi qui exercetur in sexto . . 147
9. De problemate eiusdem et diuersi, quod agitatur in septimo; et communia quedam Topicorum . . 150
10. De utilitate octaui 153

LIBER IV Prologus 165

Cap. 1. Quod liber Analecticorum est rationum examinatorius 165
2. Quod scientia hec utilis est ad omnia, et unde hec sortita est nomen 166
3. Quod liber non eatenus utilis est ad frasim comparandam 167
4. Que sit libri primi conceptio 168
5. Que sit conceptio secundi 169
6. De difficultate Posteriorum Analecticorum, et unde contingat 170
7. Quare Aristotiles nomen philosophi pre ceteris meruerit 171
8. De officio demonstratiue, et ex quibus sit demonstratio, et quomodo; et quod sensus scientie principium est, et quomodo 172
9. Quid sensus; et quomodo omnis philosophie species ex ipso conualescat per imaginationem . . . 174
10. De imaginatione; et quod ex ipsa oriuntur affectiones quibus anima componitur aut turbata deturpatur . 175
11. Quid imaginatio; et de opinione, et de fallacia opinionis et sensus; et de ortu fronesis, quam nos prudentiam nominamus 177

LIBER IV PAG.

Cap. 12. Quid prudentia, que materia eius, que partes; et quomodo scientia ex sensu 177
13. De differentia scientie et sapientie; et quid fides . 178
14. De cognatione fronesis et alicie; et de ortu fronesis, et quid ratio 179
15. Item quid ratio; et quod nomen rationis multiplex est; et quod rationes sempiterne 180
16. Distinctio multiplicitatis; et quod bruta non habent rationem, etsi discernere uideantur; et unde homo eam sortitus sit iuxta Hebreos 181
17. De officio rationis, et quare sensus in capite; quibus ratio presidet; et quas pedissequas habeat Philologia 182
18. De differentia rationis et intellectus; et quid intellectus 184
19. Quid sapientia, et quod ipsa de sensu per gratiam . 184
20. De cognitione anime et simplicitate et immortalitate secundum Ciceronem 185
21. Quod in precedentibus, etsi non sufficienter, Aristotiles aliquod ypotheticarum seminarium dedit . 187
22. De sophistica, et utilitate eius 188
23. De Sophisticis Elenchis 189
24. De his qui Aristotilis opera carpunt 191
25. Quod Cornificius Bromio scurra deorum uilior est; et de laude logice quid Augustinus et alii philosophi 192
26. Quo consilio utendum sit aduersus eum et proteruos calumniatores 193
27. Quod Aristotiles in multis errauit, sed in logica eminet 193
28. Quomodo sit eo utendum 194
29. Quod temeritas adolescentie reprimenda: et quare Mercurius societur Philologie; et que sint precipue expetenda 195
30. Quod Philologia alias duas precedit, et que sit predicamentalis inspectio sequenda in discussione rationis et ueritatis 196
31. Quid ratio primitiua; et de sectis philosophantium . 198
32. Quid sit rationi contrarium; et quod multis modis dicitur ratio, et quod rationes eterne 200
33. Quod homo perfectam non habet rationem; et quod uerum multipliciter dicitur 201
34. Vnde dicatur uerum, et quid ueritas, et quid ei contrarium 202

REGISTRVM

LIBER IV PAG.

35. Item de ueris, et quod aliter dicuntur esse res, aliter sermones, aliter uera, et quomodo 204
36. Differentia earum que uere sunt et que uidentur esse, secundum Platonicos 207
37. Quod aliter res, aliter opinio, aliter locutio uera uel falsa dicitur; et quare locutiones huiusmodi modales appellentur 208
38. De coherentia rationis et ueritatis; et breuiter quid utrumque 210
39. Item de eodem; et quod nec ratio nec ueritas contraria suscepit 211
40. Ad quid Peripatheticorum et omnium recte philosophantium tendat intentio; et ⟨de⟩ octo obstaculis intelligentie 212
41. 215
42. Quod uisibilia argumenta mundum uanitati subiectum esse conuincunt; et que causa fuerit hic finiendi librum 216

INDEX NOMINUM PROPRIORUM 221

INDEX VERBORUM 226

INDEX AUCTORUM 227

ADDENDA ET CORRIGENDA IN POLICRATICO 235

PROLEGOMENA

§ 1.

Anno post editum a nobis Ioannis Saresberiensis *Policraticum* uicesimo tandem prodit eiusdem *Metalogicon* (sic enim inscriptus in codicibus optimis inuenitur liber qui *Metalogicus* adhuc uulgo nominatus est) ad fidem antiquissimorum qui nunc exstant codicum, illius praesertim quem ipse S. Thomas archiepiscopus bibliothecae Cantuariensi legauit (de quo vide in Prolegomenis nostris ad *Policraticum*, p. x), etiam recognitum et commentario simili instructum. Viri quidem doctissimi Ingrami Bywater, quo auspice *Policraticum* tractaueram, a morte in anno 1914 amicis suis et litteratorum rei publicae adempti ope in *Metalogicon* illustrando carui; iuuat autem Reginaldo Lane Poole, *principi* (ut bene dixit in concione ornatissima Orator noster Publicus), *principibus testibus, omnium Res Aeui Medii qui reuocant*, qui ipse paginas meas prima uice a typographis redditas inspicere amicissime uoluit, gratias iamdudum in Prolegomenis ad *Policraticum* actas iterare. Neque omittenda est beneficiorum commemoratio quae mihi praestiterunt Galfridus Butler, eques atque senator, et Clemens Hoskyns, presbyter atque baronettus, uterque Collegii Corporis Christi apud Cantabrigienses socius et Caroli Moule ut in bibliothecarii munere, ita etiam in fauore nobis exhibito successor; neque eorum quae Preli Clarendoniani delegatis, adiutoribus, typographis debeo, quorum cura laborem per tot annos interrupte productum quamuis serissime absoluere potui.

§ 2.

Metalogicon ad textum constituendum codices illos manu scriptos adhibui quos in *Policratici* editione mea litteris C, B, A designaui; de quibus nihil habeo quod iis addam quae in Prolegomenis ad *Policraticum* § 2 olim disserui.

§ 3.

Quater ex prelo prodiit *Metalogicon.*

(a) Editio princeps in octauo Parisiis a. 1610 uulgata est; cuius titulum in pagina prima sic expressum inuenies: *Ioannes Saresberiensis Metalogicus* | *e codice MS. Academiae Cantabrigiensi* | *nunc primum* | *editus* | *Parisiis apud Hadrianum Beys* | *Via Jacobaea* | MDCX. Textui praemittuntur testimonium ex Ioannis Balei centuria 4ta de scriptoribus Anglicis excerptum (ed. Poole & Bateson, p. 246) et index capitum. De hac editione ait Ioannes Maire in epistola ad Salmasium editioni *b* (de qua infra) praefixa: *Prodiit ante annos aliquot liber hic Parisiis, sed ab infelicibus et inficetis typographis ita misere exceptus et mutilatus, ut non crudelius a Bacchantibus Penthea credam multatum. Itaque in colligendis disjectis et restituendis laceris artubus, non minus laboris, quam olim in purgando Augiae stabulo ab Hercule, insumptum est. Num autem iam ex officina mea, proportione, lineamentis, numerisque omnibus absolutum corpus prodeat, penes eos iudicium esto, qui in hac arte principes, et Parrhasii Praxitelesque cluunt.* Cf. de hac ceterisque *Metalogicon* editionibus C. Schaarschmidtium, *Iohannes Saresberiensis*, p. 287. Codex Cantabrigiensis de quo sese in typos *Metalogicon* transtulisse profitetur editor quicumque fuerit princeps is esse uidetur qui hodie in catalogo Bibliothecae Academicae Ii ii 31 inscribitur. Vide H. R. Luard, *Catalogue of MSS. in the University Library of Cambridge*, iii, p. 400; cf. commentarium nostrum ad *Metal.* iii. 10, p. 161 infra.

(*b*) Vide in Proleg. ad *Policraticum*, p. xix, de *Policratici* editione (*e*). P. 719, post *Policratici* finem haec sequuntur: *Ioan. Saresberiensis* | *Metalogicus* | *e* | *codice manu* | *scripto Acade*|*miae Cantabri*|*giensis* | *Editio altera, priore accuratior & emendatior.* Textui praemittuntur, ut in (*a*), testimonium Ioannis Balei et index capitum, subiungitur testimonium Ioannis Trithemii (vide *Opp.*, ed. Francof.

1601, t. i, p. 278), qui tamen *Metalogicon* inter Nostri opera mentionem nullam facit.

(*c*) Vide in Proleg. ad *Policraticum*, p. xx, de *Policratici* ed. (*i*). Huius editionis, a J. A. Giles recognitae, t. v, pp. 1–207 *Metalogicon* continent.

(*d*) Vide in Proleg. ad *Policraticum*, p. xx, de *Policratici* ed. (*k*). In *Patrologiae Latinae* Mignianae t. cxcix, coll. 823–946 *Metalogicon* legas.

§ 4.

A norma *Policratici* a me in a. 1909 editi, de qua vide ibidem in Prolegomenis, t. i, p. xxi, tantum in hoc discedi quod in *Metalogicon* nunquam, ut olim in *Policratico, ae* pro *e* contra morem saeculi post Christum duodecimi auctorum scribendo ambiguitatem uitare studui. Variationem a textu in codicibus *C*, *B*, *A*, de quibus in Proleg. ad *Policraticum*, § 2, disserui, in apparatu critico retuli.

§ 5.

Graecos scriptores, ut in Prolegomenis ad *Policraticum*, § 5 dixi, non nisi Latine versos legere potuit Ioannes noster; quorum in *Metalogicon* libris quinque tantum praeter scriptores sacros laudauit; scilicet Hippocratem, Platonem, Aristotelem, Porphyrium, Dionysium Areopagitam.

Hippocratis *Aphorismos*, quos Burgundio Pisanus, de quo uide in *Met.* iv. 7, tempore Ioannis ipsius interpretatus est,

Platonis *Timaeum* interprete Chalcidio, *Politiam*, id est libros *de Republica*, ex eiusdem Chalcidii in *Timaeum* commentario citat.

Aristotelis libros in *Organo* quod uulgo uocatur comprehensos ex ordine cunctos in libris iii et iv exposuit Noster. Quod ad interpretationes quibus usus est pertinet, nihil habeo quod hic iis addam quae in Prolegomenis ad *Policraticum* pp. xxiii seqq. de quaestione nondum satis excussa iamdudum disserui, nisi ut ad Caroli Homer Haskins Harvardensis lucubrationes eruditissimas lectores meos

dimittam; v. *Studies in the History of Mediaeval Science* (1924) pp. 223 seqq. *Physicorum* etiam locos duos, alterum ex Chalcidii in Platonis *Timaeum* commentario, alterum autem ex libro Boethii *de Diuisione* refert.

PORPHYRII *Isagoges* siue *Introductiones in Categorias Aristotelis* uersione a Boethio edita, ut in *Policratico*, sic etiam in *Metalogicon* usus est.

DIONYSII AREOPAGITAE nomine insignitum *de Diuinis Nominibus* librum interprete Ioanne Scoto citat.

A Graecis ad Latinos transeo.

TERENTII *Andriam*, *Eunuchum*, *Hautontimorumenon*, *Phormionem*,

CICERONIS libros *de Amicitia*, *de Fato*, *de Finibus*, *de Inuentione*, *de Natura Deorum*, *de Officiis*, *de Oratore*, *de Senectute*, necnon eiusdem *Academica*, *Oratorem*, *Paradoxa*, *Topica*, *Tusculanas Disputationes* citat; insuper *Rhetorica* quae *ad Herennium* inscribuntur et a Nostro (*Met.* i. 20) Ciceroni dantur, Cornificii tamen cuiusdam Cicerone antiquioris uere esse uidentur.

CATULLI, cuius carmina tam a Nostro quam a ceteris medii aeui scriptoribus ignorabantur, uersiculum tamen quendam a Martiano Capella laudatum refert.

PUBLILII SYRI sententiam quandam ut *iuxta ethicum* dictam laudat, quam Senecae codicum BA scriptores referunt.

VERGILII *Bucolica*, *Georgica*, *Aeneida* citat. Eiusdem Vita a Donato scripta et Seruii in *Aeneida* commentario etiam usus est; vide infra.

HORATII *Epistolas* saepissime, *Satiras* semel modo citat; ex *Carminibus* autem, quae ipsa (ut in Prolegomenis ad *Policraticum* dixi) non in manibus habuit Noster, unum tantum uersiculum, Prisciano (ut uidetur) auctore.

SENECAE patris *Controuersias*,

OUIDII *Amores*, *Artem Amatoriam*, *Fastos*, *Heroides*, *Metamorphoses*, *Epistolas ex Ponto*,

VALERII MAXIMI *Facta et Dicta Memorabilia*,

Statii *Thebaida* citat.

Senecae *Epistolis* usus est; etiam libri *Naturalium Quaestionum*, cuius exemplar ecclesiae Carnotensi testamento legauit, sed quo in *Policratico* scribendo non erat usus, uestigium in *Met.* iv. 23 agnoscere mihi uideor.

Lucano,

Persio (quem tamen neque hic neque in *Policratico* nominat),

Plinio maiore, quibus in *Policratico*, hic etiam usus est.

Quintiliani *Institutione Oratoria*, quam in rhetoricam docendo ut normam et regulam secutum esse Bernardum Carnotensem ex *Met.* i. 24 (ut ait F. H. Colson in prolegomenis ad comm. in Quintiliani libr. I, pp. 1 seq.) attente legenti liquet, passim usus est. Cf. C. S. Baldwin, *Medieval Rhetoric and Poetic* (Nov. Ebor. 1928). De textu Quintiliani quem in manibus habuit Noster, vide quae disseruit ille in prolegomenis supra citatis, pp. lxii seq.; cf. etiam p. xcii n. Notandum est (ut mihi in epistola familiari indicauit idem uir doctus) Ioannem Meisteri coniecturam *iecerit* in *Inst. Or.* i. 4 § 5 contra codicum manu scriptorum maximam partem comprobare; vide infra p. 59. 5.

Martialem,

Iuuenalem,

Suetonium,

Aulum Gellium (quem cum ceteris medii aeui scriptoribus *Agellium* nuncupat), ut in *Policratico*, sic in *Metalogicon* citat.

Apuleii libro primo *de Platone et eius Dogmate* usus est, necnon tertio, ab alio nescio quo, ut uideretur, composito, qui *περὶ ἑρμηνείας* inscribitur et libris de Platone in codicibus quibusdam subiungitur; ex altero, quem tamen in *Policratico* citat, nihil in *Metalogicon* excerpsit.

Chalcidii, ut etiam in *Policratico*, et *Timaeo* Platonico interpretato et in eundem librum commentario usus est.

Marii Victorini Commentarium in Ciceronis librum *de*

Inuentione citat, necnon librum *de Definitione*, quem Boethio saepe attributum ipse Boethius in commentario in *Topica* Ciceronis et Isidorus in *Etymologiis* eidem Victorino reddunt; uide comm. nostrum in *Met.* iii. 8, p. 147. 20 infra.

Donati *Arte Grammatica* usus est; etiam in *Vita Vergilii* quam commento operum Vergilianorum praefixit idem, a recentioribus tamen, ut uidetur, interpolata de Cornificio Vergilii obtrectatore ea legit quae ad nescio quem *studiorum eloquentiae imperitum et improbum impugnatorem* in temporibus suis exsistentem et hic et in *Policratico* transtulit.

Palladii opus *de Agricultura*, quo in *Policratico* scribendo non erat usus, in *Metalogicon* semel citat.

Hilarium episcopum Pictauiensem, *qui* (ut ad fin. *Met.* iv. 33 Hieronymum secutus ait Noster) *Gallicano cothurno attolletur et a lectione simplicium procul est*, nusquam in *Policratico*, hic autem semel citat. Confer quae scripsit Ioannes in *Hist. Pontif.* c. 12 (ed. Poole, pp. 18, 27) de Gilberto Porretano, Pictauorum ipso episcopo, in controuersia quam cum S. Bernardo de Trinitate diuina habuit, Hilarii auctoritate freto.

Plauto, cuius quidem opera genuina (ut in proleg. ad *Policr.* p. xxxvi dixi) plane ignorauit, falso attributae comoediae cui nomen est *Querolus* loci cuiusdam quem in *Policr.* ii. 25 iam citauerat, in *Met.* i. 3 meminisse uidetur.

Seruii commentario in Vergilii *Aeneidem*, quo etiam in *Policratico* usus est, eumque etiam in *Artem* Donati ab eodem compositum inter alia grammaticorum scripta in *Met.* i. 19 laudat.

Vegetii libro *de Re Militari*, cuius exemplar testamento ecclesiae Carnotensi legauit, quem etiam in *Policratico* saepissime citat, hic nonnunquam usus est.

Ambrosii librum qui *Hexaemeron* dicitur, etsi inter illius opera a Nostro in *Policratico* allegata non inuentum, in *Met.* iii. 10 citat. Locum uerborum *quae*, ut ibi ait Ioannes, *eleganter beatus Ambrosius* dixit, a me frustra quaesitum tandem beneuolenter mihi indicauit uir doctus et Ambrosii

studiosissimus F. H. Dudden S.T.P. Collegii Pembrochianî apud Oxonienses Magister.

HIERONYMI praeter opera quaedam quibus et in *Policratico* usus est, scilicet *Epistolas*, commentarium in librum Danielis, praefationes interpretationibus librorum sacrorum adiunctas, etiam in *Metalogicon* commentarium in *Ecclesiasten* citat.

AUGUSTINI libris *contra Academicos* et *de Ciuitate Dei*, *Enarrationibus in Psalmos*, *Sermonibus*, *Tractatibus in Ioannis Euangelium*, quibus etiam in *Policratico*, libris insuper *de Libero Arbitrio*, *de Ordine*, *de lxxxiii Quaestionibus*, *de Trinitate*, *Soliloquiis*, et, ut uidetur, libro *de Natura Boni contra Manichaeos*; forsan etiam, ut in *Policratico*, *Confessionibus*, libris *contra Crescentium* et *contra Faustum*, *Epistolis*, *de Genesi opere imperfecto*, *Opere imperfecto contra Iulianum* usus est. Notandum est libri *de lxxxiii Quaestionibus* exemplar ecclesiae Carnotensi legauisse Nostrum. Libros qui *Dialectica* et *Hypognosticon* inscribuntur et sub nomine Augustini circumferebantur, ut ab illo scriptos citat.

MACROBII *commentario in Somnium Scipionis* et *Saturnalibus*,

MARTIANI CAPELLAE libro *de Nuptiis Philologiae et Mercurii*,

SIDONII APOLLINARIS *Epistolis*, ut in *Policratico*, sic etiam in *Metalogicon* usus est.

CLAUDIANUM eorum qui *post doctores Ecclesiae de anima multa scripserunt* primum in *Met.* iv. 20 laudat; cuius libri *de Statu Animae*, ni fallor, uestigium in cap. 38 detigi potest; vide comm. nostrum ad loc.

BOETHII praeter commentarios in Aristotelis *Categorias*, dialogos in Porphyrii *Isagogen*, libros *de Arithmetica*, *de Consolatione Philosophiae*, *de Syllogismo Categorico*, *de Trinitate*, quibus in *Policratico*, hic etiam commentario utroque in librum Aristotelis *de Interpretatione*, in Porphyrium, in *Topica* Ciceronis, libris *de Differentiis Topicis*, *de Diuisione*, *de Syllogismo Hypothetico*, *contra Eutychen*

et Nestorium usus est ; insuper interpretationibus quae sub Boethii nomine circumferebantur librorum omnium qui in Aristotelis quod dicitur Organo comprehendi solent.

FULGENTIUM, id est episcopum Ruspensem qui a. 533 e uita excessit, sententiae cuiusdam quam ut Augustini in textu commemorat Ioannes, totidem tamen uerbis neque Augustinus neque Fulgentius expressit, cum Augustino auctorem allegauit in margine codicis A adnotator nescio quis contemporalis.

PRISCIANI *Institutionum Grammaticarum* cum libris i–xvi, qui sunt de octo partibus orationis, et quibus apud medii aeui scriptores *Priscianus maior* index erat, tum etiam libris xvii–xviii, in quibus de constructione disseritur, et quibus imponebatur nomen *Priscianus minor*, saepe usus est. *Prisciano minori* in codicibus adiungi solent tres libri ad Symmachum scripti, quorum prooemium in *Met.* i. 24 citat Noster.

CASSIODORI librum *de Anima*, quo an in *Policratico* usus sit dubitaui (v. Proleg. in *Policr.*, p. xxxix), in *Met.* iv. 16 nominatim citat ; etiam ad librum *de Artibus Liberalibus*, cuius de usura in *Policratico* capta similiter dubitaui, in *Met.* i. 19 certe respicit.

GREGORII MAGNI *Homilias in Euangelia* in *Met.* iii. 2 citat ; quem tamen locum in Indice Auctorum per incuriam praetermisi.

ISIDORI *Etymologias*, sicut in *Policratico*, ita in *Metalogicon* citat ; *Differentiis* autem hic etiam incertum est an usus sit.

BEDAM *nostrum* inter alios qui artem tractauerunt quae *dum figuras notat auctorum, uirtutes et uitia sermonum ostendit*, in *Met.* i. 19 commemorat ; qua de re in libro *de Schematibus et Tropis Sacrae Scripturae* disseruit uenerabilis ille historiae Anglicanae pater.

THEODULI quae uocatur *Eclogam* ter citat Noster ; quam Gotteschalci, praedestinationis utriusque in saec. ix propugnatoris celeberrimi, nomine auctoris Graece quasi *θεοῦ δούλου* uerso, esse suspicati sunt viri docti P. von Winter-

feld, G. L. Hamilton, M. Manitius, I. Osternacher, qui et opusculum recognouit; v. *Modern Philology* Iul. 1909, Manitii *Gesch. der lat. Lit. des Mittelalters* i. pp. 572 seq. (1911), *Neues Archiv für deutsche Geschichtskunde* xl. 331 seq. (1915), xlv. 18 seqq. (1923). Cf. Raby *Christian Latin Poetry* (1928), p. 192 n[3]. Nemo quod sciam Theodulum a Nostro laudatum esse ante nos uidit.

Alcuini librum *de Dialectica* citat.

Ioanne Scoto libri *de Diuinis Nominibus* sub nomine Dionysii Areopagitae qui circumferebatur interprete usus est.

Angelomum Luxouiensem monachum in commentario Gen. xxi. 27 interpretem nescio an in *Met.* i. 5 secutus sit Noster, quem sane talia nusquam alibi legere potuisse equidem affirmare non audeo.

Remigium, id est, ut puto, Antissiodorensem eius nominis qui in saeculo post Chr. nono floruit in *Met.* ii. 4 de grammatica testem citat; vide comm. nostrum ad loc.

Roscelini Compendiensis opinionem de uniuersalibus notissimam in *Met.* ii. 7 refert.

Abailardi, *Peripatetici Palatini* (sic enim eum saepius designat) opera (ut in Proleg. ad *Policr.* dixi) minime dubitari potest quin legerit Ioannes; qui etiam ad illum dum *in monte sancte Genovefe clarus doctor et admirabilis omnibus presidebat* in *Met.* ii. 10 sese contulisse refert, et *quicquid excidebat ex ore eius*, quod tum *tota mentis auiditate* exceperat, ex memoria exponere potuit. De *Introductionibus*, quarum ipse Abailardus in locis *Analyticorum Priorum* suorum plurimis mentionem facit, vide *Met.* iii. 4. *Analytica Posteriora* in *Met.* iii. 6 citare uidetur. Sententiam quam in *Met.* iii. 1 laudat, ubi legimus; *quoniam, ut aiebat Abaelardus, negatio uehementior est*, nusquam in Abaelardi operibus typis adhuc commissis repperi; quam sane ab ore magistro accepisse Ioannem forma temporis quod uocant imperfecti innuit.

Hugonis de Sancto Victore quem *Met.* i. 5 reuerentia insigni commemorat *Eruditione Didascalica* usus est; ubi

etiam uerba legisse uidetur quae Isidoro in *Met.* i. 11 attribuit; uide comm. nostrum ad loc. Vide etiam quae ad *Met.* iv. 13 adnotaui de fidei definitione eo loco citata et in *Summa Sententiarum*, quam sunt qui Hugoni denegant, inuenta.

Gilberti Porretani episcopi Pictauorum, quem dum cancellarius erat ecclesiae Carnotensis *in logicis et diuinis* audiuit Noster, utrum Commentario in librum Boethii *de Trinitate* usus sit an doctrinam ibi traditam tantum ex ore ipsius Gilberti didicerit haud certe affirmari potest.

Willelmum de Conchis, quo praeceptore in grammatica se usum esse asserit Noster in *Met.* i. 24, forsan in iii. 10, potius tamen, ut suspicor, in schola legentem quam in librum scribentem auctorem habet.

Tenredus *tamen noster, gramaticus scientia quam opinione potentior, etiam in sonis elementariis ampliorem numerum* (sc. quam quinarium) *conuincebat. Si enim attendantur uocum* (*ut ait*) *differentie, septem sunt.* Sic in *Met.* i. 14 legitur. Me certiorem fecit, dum inter uiuos morabatur, uir doctus W. H. Stevenson, Coll. S. Ioannis Bapt. apud Oxon. olim socius, nulli scriptorum quos medio aeuo floruisse constat nomen fuisse quod *Tenredus* Latine scribi potuit, nisi Theinredo Douerensi, cuius *de legitimis ordinibus pentachordorum et tetrachordorum* liber in codice Bodleiano 842 exstat. Hunc codicem in saeculo xiii° quidem scriptum antiquioris tamen apographon esse uidit uir quo nemo in rebus ad artem musicam ab hominibus medii aeui exercitam pertinentibus fuit peritior, H. M. Bannister; quo iudice in Theinredi libro, quem etiam opusculo cuidam Falconis, qui a. 1230 floruit, in codice ipso praepositum invenias, nihil est quod saeculo xii° posterius necesse est ut putemus. Neque Ioannem Pitseum Thiuredum quem uocat anno 1371 relegantem opus est audire, quippe qui de illo nihil scisse uidetur nisi quae apud Ioannem Baleum in *Indice Britannicorum Scriptorum* (ed. Poole et Bateson, p. 429) ex Ioanne Boston Buriensi transscripta legisset; ea enim in his desinunt uerbis,

Claruit A. D., neque annum quo claruit iste exprimunt. Theinredum ergo non prohibemur quominus Ioanni nostro aequalem fuisse coniciamus, eundemque quem in *Met.* i. 14. *Tenredum nostrum* appellat; qua cum coniectura congruentia non desunt. Inscribitur enim liber quem primum continet codex Bodleianus supra dictus: *Alueredo cantuariensi Theinredus douerensis de legitimis ordinibus pentachordorum et tetrachordorum*; nouimus uero Theobaldum archiepiscopum Cantuariensem Ioannis nostri patronum a. 1139 in S. Martini apud Douerenses domum uice canonicorum regularium qui eam antea tenuerant monachos ex ecclesia Christi Cantuariensi duodecim sub Ascelino priore deduxisse. Qua familiaritate cum fratribus coenobii cathedralis coniunctus sit Ioannes ipse, satis ex *Enthetico* suo utroque apparet; nec credendum est Thomam cancellarium, ipsum Theobaldi quondam domesticum, quem et in *Policratico* et hic etiam adloquitur Ioannes, necessitudinis eiusdem expertem fuisse. Fateor quidem Tenredum grammaticum potius quam musicum in loco saepe memorato appellari; sententia tamen eius quam refert Noster, quippe quae ad sonorum doctrinam pertinet, a musicorum studiis minime est aliena. Sed de hac re universa uide quae prolixius iamdudum disserui, *English Historical Review* t. xxx, pp. 689 seqq. (Oct. 1915).

Biblia Sacra passim citat, paucioribus tamen libris quam in *Policratico* scribendo usus est. Libris Psalmorum, Prouerbiorum, Ecclesiastici, Evangeliis insuper S. Matthaei et S. Ioannis excerptorum partem maximam debet.

Iustiniani *Digesta* siue *Pandectarum* libros, ut in *Policratico*, ita in *Metalogicon* citat.

Salernitani Sanitatis Reginis exstant cum in *Policratico*, tum hic etiam uestigia non nulla; uide comm. nostrum ad *Met.* i. 4.

§ 6.

Metalogicon librum qui *Metalogicus* hactenus ab editoribus nominatus est, designant codices quos inspexi omnes;

de quo titulo in libri i prologo ait ipse Ioannes: *quia logice suscepi patrocinium,* METALOGICON *inscriptus est liber*; forsan quasi *μετὰ λογικῶν*, id est *cum* siue *pro logicis* (cf. p. 2. 20) ad aemuli nescio cuius calumnias responsurus. Nos itaque uocabulum istud cum codicum antiquiorum scriptoribus ut nomen (quod uocant) indeclinabile in hac editione tractauimus. Auctores qui saeculis post Christum xi° et xii° floruerunt titulis quos Graecos esse uoluerunt libros suos saepissime exornauisse notaui in Prolegomenis ad *Policraticum*, p. xlviii.

Liber qui *Metalogicon* inscribitur, quippe qui de rebus et paucioribus et seuerioribus agebat, si cum *Policratico* comparetur, multo rarius aut transscriptus est aut ab auctoribus ad sermones illustrandos adhibetur; quo tamen nullus est qui aptior est ad nos de philosophiae in saeculi xii^{i} scholis statu atque uarietate erudiendos.

Haec praeloqui sufficit; subsequitur ipsius Ioannis prologus.

CORRIGENDA

P. 8. 1 n. gualiditas *l.* gualidicas
„ 44. 18 n. i. 33 § 3 *l.* i. 33 § 4
„ 82. 10 n. p. 77 *l.* p. 79
„ 143. 11 n. p. 38 *l.* p. 26
„ 152. 17 n. *post* Abaelardus in *add. Analyticis prioribus* et
„ 231. 21. *post de Sex Prinicipiis*: 16. 7 *add.* GREGORIUS MAGNUS (Migne, *Patrol. Lat.* lxxvi) *Hom. in Euang.* xxxiv § 8: 126. 21.

IOANNIS SARESBERIENSIS METALOGICON

INCIPIT PROLOGVS IOHANNIS IN METALOGICON

In rebus humanis nichil fere sic arbitror elimatum, ut 823 a
aliqua ex parte detractioni non pateat; cum mala de merito,
bona autem de liuore carpantur. Unde michimet persuasi
detractorum aculeos equanimius tolerare; presertim cum ex
diuina dispositione natura parens nos in ea etate et regione
ediderit, editosque sors in ea conditione conuiuentiumque
coetu locauerit, qui malunt aliena carpere quam sua respi-
cere, componere, uel emendare.

Sic nemo in sese temptat descendere, nemo,
sed precedentis spectatur mantica dorso.

Potueram quidem scolarium, et eorum qui philosophie
nomina profitentur, utcumque in silentio cauere morsus, sed b
omnino non possum concurialium dentes euadere. Omnibus
obsequi, neminem ledere, solebat prodesse ad gratiam; ut
iuxta comicum:

Sine inuidia laudem inuenias et amicos pares;

nunc autem uel sic raro proficitur ad commilitonum
inuidiam reprimendam. Nam obsequendi mos nota abie-
ctionis inuritur; innocentia impotentie esse uidetur pro-
fessio. Taciturnus criminatur indoctus; facundus accedit
ad garrulos. Vir grauis sedere dicitur in insidiis, minus
grauis a leuitate culpatur ineptus. Qui modestiam sequitur
sermonis et operis, censetur factiosus. Postremo, si rixa
non est, uix est ut liuor non sit incuria. Si tamen in alea c

---

5 in ea] mea C^1 17 adiectionis A^1B

Migne *P. L.* cxcix.
3 *de liuore carpantur*: cf. Ov. *Pont.* iii. 4. 74. 9 *Sic nemo* etc.: Pers. *Sat.* iv. 23, 24. 10 *dorso*: *tergo* Pers. 13 *Omnibus* etc.: v. Ter. *And.* i. 1. 35 seqq. 15 *Sine* etc.: Ter. *And.* i. 1. 39. 23 *in alea* etc.: de quibus v. *Policr.* i. 4 seqq.

et uenatica ceterisque curialium nugis omnem inter commilitiones consumpsissem etatem, scripta mea nequaquam roderent, sicut nec ego illorum scripta redarguo. Michi tamen pro minimo est, ut scribens ab illis iudicer, qui magni faciunt mimorum histrionumque iudicia, et uelut serui abiectissimi expauescunt ne de iis perperam loquatur aut
d sentiat Thais aut Thraso, Calliroe aut Batillus. Porro si philosophie professores persequuntur philosophantium amatorem, plane iniuriosi sunt et meam male remunerant caritatem. Eos enim etsi nequeam imitari, certe amare,
824 a honorare, et colere propositum est. Scolarium uero debueram meruisse fauorem qui aut quod sunt aut quod fuerunt quali possum aduocatione defendo. Quod si utiliter gessero, gratia et merces debetur euentui; sin autem, uoluntati. Hinc est illud:

> Egisti nichil, inquis, et a te perdita causa est;
> tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

Neque enim a patrocinandi officio excludo potiores, si mee deuotionis protestor affectum. Prestantiores supremam manum apponant et ad sententiam ferendam pro logicis iudicis inclinent officium. Siquidem cum opera logicorum uehementius tanquam inutilis rideretur, et me indignantem et renitentem emulus cotidianis fere iurgiis prouocaret, tandem litem excepi et ad eas calumnias, quas procurauerat,
b sicut emergebant studui respondere. Unde factum est ut illum ordinem sequi oportuerit, quo ille urgebat, et plerumque silere a potioribus, dum diluerentur obiecta. Ipse enim procurabat super quibus articulis uellet orationem proce-

---

7 traso A 17 Ganto A^1 19 suppremam A 23 cotti-dianis A^1 24 calumpnias BA

3-4 *Michi tamen* etc.: v. 1 Cor. iv. 3. 7 *Thais*: meretrix in Terentii *Eunucho*. *Thraso*: miles gloriosus in Terentii *Eunucho*. *Calliroe*: v. Pers. i. 134; ubi scholiasta: *uel certe Calliroe pantomima fuit* (ed. Jahn, 1843, p. 278). *Batillus*: v. Pers. v. 123; ubi scholiasta: *Bathyllus pantomimus fuit, Maecenatis libertus*; cf. Iuv. vi. 63. 16 *Egisti* etc.: Martial. viii. 17 (*Narrasti* etc.).

dere. Placuit itaque sociis ut hoc ipsum tumultuario sermone dictarem; cum nec ad sententias subtiliter examinandas nec ad uerba expolienda studium superesset aut otium. Necessariis enim occupationibus uix aliquid amplius deducebatur quam refectionis hora uel somni; cum ex mandato domini mei, cui deesse non possum, sollicitudo totius Britannie, quod ad causas ecclesiasticas, michi incumbat. Ad hec sollicitudo rei familiaris et curiales nuge studium c excludebant; amicorum interpellatio me fere totum absorbuerat. Itaque iustum arbitror, ut in his, que temere dicta sunt, michi uenia facilius impendatur; si quid uero exierit aptius, ei gratia referatur, sine quo nichil potest humana infirmitas. Nam ingenium hebes est et memoria infidelior quam ut antiquorum subtilitates percipere aut que aliquando percepta sunt diutius ualeam retinere. Linguam uero d impolitam esse stilus ipse conuincit. Et quia logice suscepi patrocinium, METALOGICON inscriptus est liber, quem quatuor uoluminibus ad recreationem lectoris distinguere curaui. More scribentium res uarias complexus sum, quas quisque 825 a suo probabit aut reprobabit arbitrio.

Sunt bona, sunt quedam mediocria, sunt mala plura
que legis hic; aliter non fit, Auite, liber.

Sic Marcialis; sic et ego, malens sic nugari quam ad formam Ganimedis lepores agitare uel

nocturno putere mero, putere diurno.

Nec dedignatus sum modernorum proferre sententias, quos

---

5 sompni A 12 aptius exierit B 17 metalologicon C iiii^{or} CBA

---

1 *tumultuario sermone*: v. Quintil. x. 7 §§ 12, 13 *Sed nec tumultuarii nec fortuiti sermonis* etc. ubi tamen melius legitur *Nam mihi ne dicere quidem uidetur nisi qui disposite, ornate, copiose dicit, sed tumultuari. Nec fortuiti sermonis* etc. 6 *domini mei*: sc. Theobaldi archiepiscopi Cantuariensis. *sollicitudo* etc.: cf. infra iv. 42; Nostri *Epp.* 1–25 aliaeque multae pro Theobaldo archiepiscopo scriptae sunt. 12 *sine quo* etc.: v. Ioann. xv. 5. 21 *Sunt bona* etc.: Martial. i. 16. 23 *ad formam* etc.: v. Theoduli *Eclog.* v. 78, ed. Ostermacher, p. 35 *Idaeos lepores exagitat Ganimedes*; cf. *Policr.* i. 4 (i. 390. 18). 25 *nocturno* etc.: Hor. *Ep.* i. 19. 11. *putere . . . putere*: *certare . . . putere* Hor.

antiquis in plerisque preferre non dubito. Spero equidem
b quod gloriam eorum qui nunc sunt posteritas celebrabit, eo quod multorum nobilia mirer ingenia, inuestigandi subtilitatem, diligentiam studii, felicitatem memorie, fecunditatem mentis et oris facultatem et copiam uerbi. De moribus uero nonnulla scienter inserui; ratus omnia que leguntur aut scribuntur inutilia esse, nisi quatenus afferunt aliquod adminiculum uite. Est enim quelibet professio philosophandi inutilis et falsa, que se ipsam in cultu uirtutis et uitae exhibitione non aperit. Achademicus in his que sunt dubitabilia sapienti non iuro uerum esse quod loquor: sed, seu uerum seu falsum sit, sola probabilitate contentus sum.
826 a Tu, ut libuerit, universa examinabis, et singula, quia te iudicem meis opusculis consecraui, dum intelligam quod michi opera non pereat et impensa. Quod si (quod absit) contigerit,

inueniam alium, si me hic fastidit Alexis,

philosophanti quemlibet preferens histrionem. Tria quidem sunt (ut de consilio meo perfectius instruaris,) que non modo michi metum, sed plerisque scriptoribus periculum salutis aut meriti dispendium afferunt: ignorantia ueri, fallax aut proterua assertio falsi, et tumida professio ueritatis. Noui enim quis dixerit: Tutius auditur ueritas quam dicatur; in audiendo enim custoditur humilitas, sed in dicendo sepis-
b sime subrepit elatio. Ego autem in omnibus his errorem meum agnosco, qui et rerum ignorantia laboro, et falsum sepius et magis quam expediat tueor, et plerumque tumide et cum elatione, donec me Deus corripiat et corrigat, ipsam profero ueritatem. Unde lectorem et auditorem quanta possum supplicatione conuenio ut in orationibus suis memores mei sint apud Altissimum, impetrantes michi precedentium ueniam delictorum, cautelam futurorum, notitiam

3 quo B^2A

10 *Achademicus* etc.: cf. *Policr.* vii. 2 (ii. 98. 18). 17 *Inueniam* etc.: v. Verg. *Ecl.* ii. 73. 23 *Tutius* etc.: v. Aug. *Tract. in Ioann. Evan.* lvii § 2 (Migne *P. L.* xxxv. 1790). *dicatur*: *praedicatur* Aug.

ueri, amorem boni, cultum Dei, et ut corde, ore, opere exerceantur a nobis que diuine sunt placita uoluntati.

EXPLICIT PROLOGVS

LIBER PRIMUS

Cap. 1. *Calumnia que ut Cornificio suo responderetur extorsit.*

Aduersus insigne donum nature parentis et gratie calum- 825 c
niam ueterem et maiorum nostrorum iudicio condemnatam excitat improbus litigator et, conquirens undique imperitie sue solatia, sibi proficere sperat ad gloriam, si multos similes sui, id est, si eos uiderit imperitos; habet enim hoc proprium arrogantie tumor, ut se commetiatur aliis, bona sua, siqua sunt, efferens, deprimens aliena, defectumque proximi suum putet esse profectum. Omnibus autem recte sapientibus indubium est quod natura, clementissima parens omnium et dispositissima moderatrix, inter cetera que genuit animantia hominem priuilegio rationis extulit et usu eloquii insignivit; id agens sedulitate officiosa et lege dispositissima, ut homo, d
qui grauedine feculentioris nature et molis corporee tardi-
tate premebatur et trahebatur ad ima, his quasi subuectus alis ad alta conscendat et ad obtinendum uere beatitudinis brauium omnia alia felici compendio antecedat. Dum

4 Incipiunt Capitula Libri Primi *et post capitula lib. I.* Expliciunt capitula Libri Primi. Incipiunt capitula Libri Secundi, *et post capitula lib. II.* Expliciunt capitula libri secundi. Incipiunt capitula Libri Tercii *et post capitula lib. III.* Expliciunt capitula Libri Tercii. Incipiunt capitula Libri Quarti *et post capitula lib. IV.* Expliciunt capitula Libri Quarti. Incipit Metalogicon Iohannis. Liber Primus. A Incipiunt Capitula Libri Primi *et post capitula.* Incipit Metalogicon Iohannis. Liber I. C Incipiunt capitula libri primi *et post capitula.* Expliciunt capitula. Incipit Metalogicon Iohannis liber I. B 5 Calumpnia A suo *om.* B respondetur B 7 calumpniam A 8 condempnatam A 21 optinendum A

18 *dispositissima*: Hoc uocabulum in Boethii *Consol. Philos.* iv. pr. i exstat.

itaque naturam fecundat gratia, ratio rebus perspiciendis et examinandis inuigilat, nature sinus excutit, metitur fructus et efficaciam singulorum; et innatus omnibus amor boni, naturali urgente se appetitu, hoc aut solum aut pre
826 c ceteris sequitur, quod percipiende beatitudini maxime uidetur esse accommodum. Cum uero beatitudo communionis ignara, que aut qualis extra societatem sit, nec fingi quidem possit; quisquis ea, que ad ius humane societatis (que quodammodo filiorum nature unica et singularis fraternitas est) conciliandum et fouendum proficiunt, impugnat, uiam adipiscende felicitatis omnibus uidetur obstruere et, precluso pacis aditu, ut in se concurrant ad interitum orbis nature uiscera incitare. Hoc quidem est seminare inter fratres discordiam, hoc arma ministrare compositis, hoc denique firmare nouum et magnum chaos inter Deum et homines; sic enim ad firmioris nexus compagem et caritatis custodiam uniuer-
d sitatis partes creatrix Trinitas, Deus unus et uerus, ordinauit ut alterius ope res altera indigeret et altera defectum suppleret alterius, dum sunt singula quasi singulorum membra. Semiplena sunt ergo omnia, si ab inuicem dissoluantur, sed aliorum federatione perfecta; quoniam omnia mutuis constant auxiliis. Quid ad beatitudinem optinendam uirtute fidelius aut utilius? quid compendiosius? Hec est enim fere singularis et unica uia quam ad beatitudinem gratia preparauit. Nam qui citra uirtutis meritum beati fiunt, non tam eundo illuc perueniunt quam trahuntur.
827 a Miror itaque (non tamen satis, quia non possum,) quid sibi uult qui eloquentie negat esse studendum; ipsamque sicut uisum non ceco, auditum non surdo, asserit gratis a natura prouenire ei qui mutus non est; sed plenius, si nature munus exercitio roboretur, nec tamen beneficium aliquod

6 accomodum B 15 cahos A

13 *seminare inter fratres discordiam*: v. Prov. vi. 19. 14 *arma ministrare*: v. Verg. *Aen.* i. 150. *firmare* etc.: v. Luc. xvi. 26. 20 *Semiplena* etc.: Ad ludum de quo agitur in *Policr.* i. 5 (t. i, p. 36) respicere videtur.

ab arte prestari, aut id minus quam labor artis exposcat. Sicut enim eloquentia non modo temeraria est sed etiam ceca, quam ratio non illustrat; sic et sapientia, que usu uerbi non proficit, non modo debilis est sed quodam modo manca; licet enim quandoque aliquatenus sibi prodesse possit sapientia elinguis ad solatium conscientie, raro tamen et parum confert ad usum societatis humane. Nam ratio, b scientie uirtutumque parens altrix et custos, que de uerbo frequentius concipit et per uerbum numerosius et fructuosius parit, aut omnino sterilis permaneret aut quidem infecunda, si non conceptionis eius fructum, in lucem ederet usus eloquii; et inuicem quod sentit prudens agitatio mentis hominibus publicaret. Hec autem est illa dulcis et fructuosa coniugatio rationis et uerbi, que tot eggregias genuit urbes, tot conciliauit et federauit regna, tot uniuit populos et caritate deuinxit; ut hostis omnium publicus merito censeatur quisquis hoc, quod ad utilitatem omnium Deus coniunxit, nititur separare. Mercurio Philologiam inuidet et ab amplexu Philologie Mercurium auellit qui eloquentie preceptionem a studiis philosophie eliminat et quamuis solam uideatur eloquentiam persequi, omnia liberalia studia c conuellit, omnem totius philosophie impugnat operam, societatis humane fedus distrahit, et nullum caritati aut uicissitudini officiorum relinquit locum. Brutescent homines, si concessi dote priuentur eloquii; ipseque urbes uidebuntur potius pecorum quasi septa, quam cetus hominum, nexu quodam societatis federatus, ut participatione officiorum et amica inuicem uicissitudine eodem iure uiuat. Quis enim contractus rite celebrabitur? que fidei aut morum disciplina uigebit? quenam erit obsecundatio aut communicatio uoluntatum, subtracto uerbi commercio? Non ergo unam, non paucos, sed omnes simul urbes et politicam uitam d

---

11 eius *om.* A

---

17 *quod* etc.: v. Matt. xix. 6. 18 *Mercurio* etc.: v. Mart. Cap. *de Nuptiis Philologiae et Mercurii.*

totam aggreditur Cornificius noster, studiorum eloquentie imperitus et improbus impugnator.

Cap. 2. *Descriptio persone suppresso nomine.*

Ipsum uero uulgato designarem ex nomine; et tumorem uentris et mentis, oris impudicitiam, rapacitatem manuum, gestus leuitatem, feditatem morum (quos tota uicinia despuit), obscenitatem libidinis, deformitatem corporis, turpitudinem uite, maculam fame, publicis aspectibus ingerens denudarem, nisi me Christiani nominis reuerentia cohiberet. Memor enim professionis mee et fraterne, que in Domino est, communionis, indulgendum esse persone credidi, dum tamen non indulgeatur errori. Defero ergo Deo, parcens nature, que ab ipso est, et impugnans uitium, quod contra
828 a ipsum est, dum naturam corrumpit, quam ille generauit. Utique par est sine derogatione persone sententiam impugnari; nichilque turpius quam cum sententia displicet aut opinio, rodere nomen auctoris; longe quidem probabilius est, ut opinioni false, quatenus tamen error tolerabilius est,

3 subpresso A

1 *Cornificius*: ita dictus ex nomine Vergilii obtrectatoris de quo in vita Vergilii Donati commentario praefixa. Cf. *Policr.* i. prol. (i. 16. 19) Quem nomine Cornificii descripserit Ioannes noster, adhuc incertum est. Haud absurde C. Prantl *Gesch. der Logik in Abendlande* ii. 230 de Reginaldo isto monacho cogitauit quem ita depinxit auctor *Metamorphoseos Goliae* (ed. Wright, p. 29):

Reginaldus monachus clamose contendit
Et obliquis singulos uerbis comprehendit;
Hos et hos redarguit, nec in se descendit,
Que nostrum Porphyrium laqueo suspendit.

(Cf. B. Hauréau in *Mémoires de l'Institut (Acad. des Inscr. et Belles Lettres)* t. 28, p. 235; G. Robert *Les Écoles et l'enseignement de la Théologie*, p. 69). De Gualone autem P. Mandonnet *Siger de Brabant* pp. 143, 144. Ab isto Gualone *sophisticas conclusiunculas* (qualium meminit Ioannes infra in *Metal.* i. 3) *gualiditas uocant*, ut ait Wibaldus in a. 1149 (Martène et Durand *Vet. Script. Ampliss. Collect.* ii. 337), quas tamen conclusiunculas iis potius qui Cornificium in dialectica instituerant quam ipsi Cornificio attribuit Ioannes; cf. Robert loc. supra cit. 12 *Defero*: sc. honorem. Ita in Vulg. Deut. xxviii. 50. Cf. Ducange s. v. 13 *nature* etc.: v. Aug. *de C. D.* xii. 3.

parcatur interdum propter hominem, quam ut propter opinionem homo carpatur. Singula suis sunt examinanda indiciis, et paria meritis sunt premia conferenda; ita tamen, ut rigorem mansuetudo clementie uincat. Hec itaque contemplatione suppressi uulgati nominis notam, ne non tam erroris uidear procurasse medelam quam infensam deturpasse personam. Ut autem uerum fatear, nichil est minus uerum; quia, quatenus Christiano licitum est, personam b et sententiam eque contemno. Ut libet ergo ille stertat in dies medios, cotidianis conuiscerationibus ingurgitetur ad crapulam, et in illis immunditiis uolutatus incumbat, que nec porcum deceant Epicuri. Ceterum opinioni reluctor, que multos perdidit, eo quod populum qui sibi credat habet; et licet antiquo nouus Cornificius ineptior sit, ei tamen turba insipientium adquiescit. Illorum tamen maxime, qui, cum inertes sint et ignaui, uideri quam esse appetunt sapientes.

Cap. 3. *Quando, qualiter, et a quibus fuerit institutus?*

Ego quidem omnino non miror, si credulos auditores suos, multa mercede conductus et multo tempore aerem uerberans, docuit nichil scire; cum et ipse sic edoctus sit a magistris; c siquidem non facundus sed uerbosus et sine fructu sensuum uerborum folia in uentum continue profert. Ea tamen est cautela hominis, cum eque omnium dicta vituperet, ut in astruenda sua aut aliena sententia destruenda nunquam manum conserat, ratione numquam innitatur, numquam sustineat congredi in campo scripturarum; nescio quid arduum et ignotum omnibus sapientibus tumenti uentosi pulmonis folle concepit; unde alicui respondere aut patienter audire quempiam dedignatur. Si enim quidlibet pro-

9 contempno BA 10 cottidianis A^1 17 sapientes appetunt A 26 nitatur BA

10 *conuiscerationibus*: cf. *Policr.* viii. 7 (ii. 264. 12). 12 *porcum* etc.: v. Hor. *Ep.* i. 4. 16. 23 *folia in uentum*: ut Sibylla in Verg. *Aen.* iii. 444 seqq., vi. 74 seq. 27 *in campo scripturarum*: cf. Hieron. *Ep.* lxxxii. 1 (Migne *P. L.* xxii. 736).

posueris, ille conuiciabitur aut ridebit. Si, ut ille propositum probet, expectas, dilatio necessaria est; ut, cum dies cesserit,
d tu expectationis fructu fraudaberis, eo quod margaritas suas porcis alienis (ut ait) non uult esse communes. Fabellis tamen et nugis suos pascit interim auditores quos sine artis beneficio, si uera sunt que promittit, faciet eloquentes et tramite compendioso sine labore philosophos. Nam et ipse accepit a doctoribus quod nunc discipulis tradit, eosque sic instituit, sicut et ipse institutus est. Discipulos ergo in philosophia sibi faciet coequales. Quid multa? Nonne sic perfecti erunt, iuxta illud Euangelii: Discipulus omnis perfectus est, si sit sicut magister eius? Eo autem tempore ista Cornificius didicit que nunc docenda reseruat, audienda quidem felicibus et (ut dici solet) auribus Iouis, quando in liberalibus disciplinis littera nichil erat et ubique spiritus
829 a querebatur, qui (ut aiunt) latet in littera. Ylum esse ab Hercule, ualidum scilicet argumentum a forti et robusto argumentatore, potestates uocalium quinque iura regnorum, et in hunc modum docere omnia, studium illius etatis erat. Insolubilis in illa philosophantium scola tunc temporis questio habebatur, an porcus, qui ad uenalicium agitur, ab homine an a funiculo teneatur. Item, an capucium emerit qui cappam integram comparauit. Inconueniens prorsus erat oratio, in qua hec uerba, 'conueniens' et 'inconueniens', 'argumentum' et 'ratio' non perstrepebant, multiplicatis particulis negatiuis, et traiectis per 'esse' et 'non esse', ita ut calculo opus esset, quotiens fuerat disputandum; alio-

11 euuangelii A 18 v. C, v^{que} A

3 *margaritas* etc.: v. Matt. vii. 6. 11 *Discipulus* etc.: v. Luc. vi. 40. 14 *auribus Iouis*: v. Hor. *Ep.* i. 19. 43. 16 *Ylum*: i. e. Hyllum, Herculis ex Deianira filium; de quo vide Ov. *Her.* ix et *Metam.* ix. 279. 18 *quinque iura regnorum*: cf. Ragewinum *Gest. Friderici Imp.* iii. 47 (ed. Waitz, 3^{a}, p. 223) *Regalia uelut monetam, theloneum, pedaticum, portus, comitatus*; quorum quinque nominum si syllabas accipias quae locum in vocabulo quoquo secundum obtinent, eas vocales quinque *a, e, i, o, u* exhibere invenies. 21 *uenalicium*: de loco ubi servi venales exponuntur, in Petron. *Sat.* § 29; hic autem de loco ubi venduntur iumenta, quae *uenalicia* dicit ipse Petronius § 76.

quin uis affirmationis et negationis erat incognita. Nam b
plerumque uim affirmationis habet geminata negatio; itemque vis negatoria ab impari numero conualescit; siquidem negatio iterata plerumque seipsam perimit, et contradictioni, sicut regulariter proditum est, coequatur. Vt ergo pari loco an impari uersetur deprehendi queat, ad disceptationes collectam fabam et pisam deferre, que conueniebatur, consilio prudenti consueuerat. Ita quidem, si intellectui rerum que uidebantur in questione uersari operam dabat, sufficiebat ad uictoriam uerbosus clamor; et qui undecumque aliquid inferebat, ad propositi perueniebat metam. Poete historiographi habebantur infames, et si quis incumbebat laboribus antiquorum, notabatur, et non modo asello Archadie tardior, sed obtusior plumbo uel lapide, omnibus c
erat in risum. Suis enim aut magistri sui quisque incumbebat inuentis. Nec hoc tamen diu licitum, cum ipsi auditores in breui coerrantium impetu urgerentur, ut et ipsi, spretis his que a doctoribus suis audierant, cuderent et conderent nouas sectas. Fiebant ergo summi repente philosophi; nam qui illiteratus accesserat, fere non morabatur in scolis ulterius quam eo curriculo temporis, quo auium pulli plumescunt. Itaque recentes magistri e scolis, et pulli uolucrum e nidis, sicut pari tempore morabantur, sic pariter auolabant. Sed quid docebant noui doctores, et
qui plus somniorum quam uigiliarum in scrutinio philosophie consumpserant, et facilius instituti quam illi iuxta d
narrationes fabulosas, qui somniantes in Parnaso repente uates progrediebantur, aut citius quam hi, qui de Castalio fonte Musarum munus hauriebant poeticum, aut quam illi
qui uiso Phebo Musarum, nedum musicorum, meruerunt

12 historiograpi B 17 coherrantium A 25 sompniorum A 27 sompniantes A 29 hauriebant munus BA

14 *Archadie*: v. Pers. iii. 9, ubi Scholiasta; *Arcadiae pecuaria asinos dicit, qui primum in Arcadia nati sunt* (ed. Jahn, p. 295). 19 *Fiebant* etc.: cf. Iuv. ii. 83. 27 *somniantes* etc.: v. Pers. prol. 1 seqq. 28 *qui de Castalio* etc.: v. Persii loc. cit., Ov. *Am.* i. 15. 36, Martial. iv. 14. 1, xii. 3. 13.

ascribi consortio? Numquid rude aliquid aut incultum, numquid aliquid uetustum aut obsoletum? Ecce noua fiebant omnia; innouabatur gramatica, immutabatur dialectica, contemnebatur rethorica; et nouas totius quadruuii uias, euacuatis priorum regulis, de ipsis philosophie aditis proferebant. Solam 'conuenientiam' sive 'rationem' loquebantur, argumentum sonabat in ore omnium, et asinum nominare uel hominem aut aliquid operum nature instar
830 a criminis erat aut ineptum nimis aut rude et a philosopho alienum. Impossibile credebatur 'conuenienter' et ad 'rationis' normam dicere quicquam, aut facere, nisi 'conuenientis' et 'rationis' mentio expressim esset inserta. Sed nec argumentum fieri licitum, nisi premisso nomine argumenti. Ex arte et de arte agere idem erat. Docebunt hi forte quod poeta uersifice nichil dicet, nisi connominet uersum, quod faber lignarius scannum facere nequeat, nisi scannum aut lignum uoluat in ore. Inde ergo hec sartago loquendi, in qua senex insulsus exultat, insultans his qui artium uenerantur auctores, eo quod nichil utilitatis in his repperit, cum se eis dare operam simularet.

Cap. 4. *Qualiter euaserint consortes erroris.*

b Ceterum huius secte, post damnum temporis rerumque iacturam et spes deceptas et propositi sui solatio destitutas, multiplex usus emersit. Alii namque monachorum aut clericorum claustrum ingressi sunt, et plerique suum correxerunt errorem; deprehendentes in se et aliis predicantes quia quicquid didicerant uanitas uanitatum est et super omnia uanitas. Plerique, inquam, eo quod quidam, in sua

3 dialectica immutabatur BA 4 contempnebatur BA 15 cognominet A 16 scamnum A 17 scamnum A 18 insultans exultat B^1, exultat insulsus C^1 hiis A 22 dampnum A 25 plerumque A 28 Plerumque A

2 *Ecce* etc.: v. Apoc. xxi. 5. 5 *de ipsis philosophie aditis*: v. Macrob. *de S. S.* i. 12. 18. 15 *uersifice*: Hoc adverbium, quod Lexica alias non exhibent ex hoc loco citat Fabri *Thes. Erud.* ed. a. 1735. 17 *uoluat in ore*: cf. pseudo-Plaut. *Querol.* ii. 3. (ed. Peiper, p. 28. 25). *sartago loquendi*: Pers. *Sat.* i. 80. 28 *uanitas* etc.: v. Eccles. i. 2, xii. 8.

perdurantes insania, tumidi uetusta peruersitate, malebant desipere quam ab humilibus, quibus Deus dat gratiam, fideliter erudiri; erubescebant enim formam discipuli, qui magisterii presumpserant fastum. Si michi non credis, claustra ingredere; scrutare mores fratrum; et inuenies ibi superbiam Moab, et eam intensam ualde, ut arrogantia absorbeat fortitudinem eius. Miratur Benedictus et queri- c
tur quod, se quodammodo auctore, latet lupus in pellibus agninis; utique tonsuram et pullam uestem a supercilio distare causatur. Et, ut rectius dixerim, supercilium arguit, eo quod tonsure uestibusque non consonet. Ritus obseruationum contemnitur; et sub imagine philosophantis spiritus fallacis elationis obrepit. Nota sunt hec et in omni ueste ac professione uulgata. Alii autem, suum in philosophia intuentes defectum, Salernum uel ad Montem Pessulanum profecti, facti sunt clientuli medicorum, et repente, quales fuerant philosophi, tales in momento medici eruperunt. Fallacibus enim referti experimentis in breui redeunt, sedulo exercentes quod didicerunt. Hipocratem ostentant aut d
Galienum; uerba proferunt inaudita, ad omnia suos loquitur afforismos, et mentes humanas, uelut afflatas tonitruis, sic percellunt nominibus inauditis. Creduntur omnia posse, quia omnia iactitant, omnia pollicentur. Duo tamen deprehendi eos fideliori tenuisse memoria et frequentius in eorum operatione uersari. Alterum quidem Hipocratis est (sed ibi uergit ad alium intellectum): Vbi, inquit, indigentia,

1 tumide A 10 causantur C^1 13 et *om.* CA 19 Hypocratem BA 25 hypocratis A

2 *humilibus* etc.: v. Jac. iv. 6, 1 Petr. v. 5. 6 *superbiam Moab*: Ierem. xlviii. 29. 8 *se quodammodo auctore*: scilicet quia apud monachos regulae S. Benedicti observantiam profitentes. *lupus in pellibus agninis*: v. Matt. vii. 15; *pellibus agninis* pro *uestimentis ouium* dicit, ut videtur, quia pellibus nullis nisi agninis uti permittebantur monachi Benedictini; cf. *Statuta Congreg. Cluniac.* in Holstenii *Cod. Regul.* ii, p. 181; *Consuetud. Mon. S. Aug. Cant.* ed. Maunde Thompson, Lond. 1902, pp. 193, 362; *Consuet. Mon. S. Petri Westmon.*, ed. Maunde Thompson, Lond. 1904, p. 147. 15 *Salernum uel ad Montem Pessulanum*: scilicet ad scholas medicorum celeberrimas in civitatibus istis existentes. 25 *Hipocratis*: *Aph.* ii. 16, ὅκου λιμὸς οὐ δεῖ πονεῖν. 26 *ad alium intellectum*: Dicit enim Hippocrates non oportere hominem jejunum laborare.

non oportet laborare; et reuera hi inopportunum et inofficiosum opinantes dare operam indigentibus et his qui nolunt aut nequeunt uel solis uerbis eorum plene gratiam referre mercedis. Alterum profecto est, non, quod meminerim, Hipocratis, sed diligentium adiectio medicorum: Dum dolet,
831 a accipe. Occasio siquidem exigendi maxime opportuna est, cum dolor cruciat egrotantem sibique cooperantur languentis exulceratio et auaritia medentis. Si conualescit eger, operam danti medico adscribatur; si deficit, eius inualescat auctoritas, qui hoc antea familiaribus suis reuelauit. Siquidem impossibile est non euenire quod de industria preuaticinatus est, cum huic sospitatem, isti sinistrum exitum pronunciauit egrotantis. Si euasurus est eger, curatur facile, nisi quatenus incolumitatem eius medicus prepedit imperitus. Sin autem, ut Sollius Sidonius ait, occiditur officiosissime. Quid ni? Numquid enim nature secretos latentesque cuniculos deprehendet homo totius
b philosophie ignarus? et qui nec recte loqui nouit, nec recte intelligere que scripta sunt aut que dicuntur, cum fere quot discipline sunt, tot sint lingue, et in ipsis plerumque auctoribus non sit maior in corporali compositione, diuersitas facierum quam in usu uarietas linguarum? Homo enim homini assimilatur; sed nec gemelli inuicem usquequaque se exprimunt. Vox uoci conformatur interdum; sed nec sororum et, si uis, nec Musarum eadem etiam uocis agilitas. Consonant enim uoces, sed dispares; ipsaque disparilitas suis coequata proportionibus est apta concentui,

---

1 inoportunum BA 5 hypocratis A 6 oportuna BA 9 ascribatur BA

---

3 *solis uerbis*: cf. versiculos in quibusdam *Reg. San. Salern.* exemplaribus exstantes, quos etiam in *Policr.* v. 10 (t. i. 327. 26) citat Noster; *Pro solis uerbis montanis utimur herbis* etc.; v. *Collect. Salern.* Neap. 1859, t. v, p. 103; Meaux St. Marc *L'École de Salerne* Par. 1880, p. 266. 5–6 *Dum dolet, accipe*: v. *Regimen Sanitatis Salernitanum*, ed. Daremberg, p. 252; ed. Croke, p. 46; cf. *Policr.* ii. 29, v. 10 (t. i, 168. 23, 327. 4). 12 *preuaticinatus*: Hoc vocabulum, quod non alias exhibent Lexica, ex hoc loco citat Fabri *Thes. Erud.* ed. a. 1735. 15 *Sollius Sidonius*: *Ep.* ii. 12, § 3; cf. *Policr.* ii. 29 (t. i, 169. 2).

et quodammodo gratior quam si identitatem pareret similitudo. Habent itaque lingue ydiomata sua et singuli suum loquendi modum, quem qui ignorat, non magis commode philosophabitur quam si picam, humana conantem uerba, uelit homini coequare. Alii profecto, similes mei, se nugis c curialibus mancipauerunt ut, magnorum uirorum patrocinio freti, possent ad diuitias aspirare, quibus se uidebant et iudicio conscientie, quicquid lingua dissimulet, fatebantur indignos. Taceo uias istorum, quoniam eas Policraticus noster diligenter exequitur, etsi omnes plene non sufficiat indagare; hoc enim uires excedit humanas. Alii autem Cornificio similes ad uulgi professiones easque prophanas relapsi sunt; parum curantes quid philosophia doceat, quid appetendum fugiendumue denuntiet; dummodo rem faciant, si possunt, recte; si non, quocumque modo rem. Exercent fenebrem pecuniam, alternis uicibus inequalia rotundantes, et adiectione multiplici quod rotundauerant abequantes. Nichil enim sordidum putant, nichil stultum, nisi pauper- d tatis angustias; et solas opes ducunt esse fructum sapientie. Siquidem celebre est in corde eorum, quod ait ethicus, etsi hoc eum, quia contemnitur, dixisse non nouerint:

> Et genus et formam regina Pecunia donat,
> et bene nummatum decorat Suadela Venusque.

Hoc autem quasi quadruuio, sibi utique necessario, euadebant illi repentini philosophi et cum Cornificio non modo triuii nostri sed totius quadruuii contemptores. Nam, ut dictum est, aut sub pretextu religionis mergebantur in claustris, aut sub imagine philosophandi et utilitatis publice confugiebant ad phisicam, aut sub honestatis uelamine, 832 a quo splenderent et sublimarentur, se preclaris domibus ingerebant, aut sub obtentu necessitatis exercendique officii,

17 adequantes C 21 contempnitur A 31 optentu A

4 *picam* etc.: v. Pers. *Prol.* 9. 5–6 *nugis curialibus*: de quibus agitur in *Policratici* parte priori. 14 *rem faciant* etc.: Hor. *Ep.* i. 1. 65, 66. 16 *fenebrem pecuniam*: v. Suet. *Cal.* 41. *rotundantes*: cf. Hor. *Ep.* i. 6. 34. 17 *abequantes*: Hoc vocabulum, vocabulo *adaequare* oppositum, non exhibent Lexica. 22 *Et genus* etc.: Hor. *Ep.* i. 6. 37, 38.

dum lucrum sitiebant, multiplicis auaritie uoragine absorbebantur. Adeo quidem ut sic proficientium philosophorum (aut, ut uerius dixerim, deficientium) collatione quiuis in turba prophane multitudinis rudis ad flagitia uideretur.

Cap. 5. *Quantis uiris, et quare, familia illa detrahere audeat.*

Solebat magister Gilebertus, tunc quidem cancellarius Carnotensis et postmodum uenerabilis episcopus Pictauorum, temporis eius nescio ridens aut dolens insaniam,
b cum eos uidebat ad studia, que predicta sunt, euolare, eis artem pistoriam polliceri; quoniam illa est, ut aiebat, in gente sua que sola accipere consueuit omnes aliis operibus aut artificio destitutos; ars enim facillime exercetur et subsidiaria est aliarum, presertim apud eos qui panem potius quam artificium querunt. Sed et alii uiri, amatores litterarum, utpote magister Theodoricus, artium studiosissimus inuestigator; itidem Willelmus de Conchis, gramaticus

16 literarum A

1 *auaricie uoragine*: cf. Val. Max. ix. 4 *ad init.* 7 *Gilebertus*: i. e. Gilbertus dictus Porretanus, qui episcopus Pictaviensis a. 1142 creatus est, a. 1154 mortem obiit; vide in *Gallia Christiana*, ed. Piolin, ii. 1175 seqq. De causa eius in concilio Remensi a. 1148 acta vide Ioannem nostrum in *Hist. Pontif.* cc. 8 seqq. et Ottonem Frisingensem *de Gestis Friderici I* cc. 48 seqq. Opusculum Gilberti *de sex principiis* in editionibus Aristotelis antiquioribus Organo subjungi solebat. Scripsit etiam *Commentarium in Boethii librum de Trinitate* (Migne *P. L.* lxiv. 1255 seqq.). Illum apud Carnotum, ubi in a. 1137 et forsan usque ad 1139 cancellarii munere fungebatur, cognovisse Ioannem nostrum, qui in schola Carnotensi ab anno 1137 usque ad a. 1140 morabatur, ex hoc loco coniicere licet. Eundem Parisiis a. 1140 se repperisse et *in logicis et divinis* audivisse testatur Noster infra, ii. 10. Vide R. L. Poole, *Eng. Hist. Rev.*, July 1920, t. xxxv, pp. 321 seqq., et in praef. ad Ioannis Saresberiensis *Historiam Pontificalem*, c. 4. 11–12 *in gente sua*: sc. apud Pictavos. 16 *Theodoricus*: Bernardi Carnotensis frater, ecclesiae Carnotensis sub fratre cancellario scholasticus; an ipse cancellarius Gilberto Porretano successerit incertum est: vide de eo Clerval *Les Écoles de Chartres*, pp. 169 seqq., 254 seqq. Cf. infra ad iii. 5, iv. 24. 17 *Willelmus de Conchis*: Bernardi Carnotensis discipulus; v. infra, c. 24; cf. Clerval op. cit., pp. 181 seq., 264 seq., et alibi. Scripsit libellum qui *Philosophia* inscriptum est, *Dragmaticon* (i. e. librum dramatice, seu in modum

post Bernardum Carnotensem opulentissimus; et Peripateticus Palatinus, qui logice opinionem preripuit omnibus coetaneis suis, adeo ut solus Aristotilis crederetur usus colloquio; se omnes opposuerunt errori. Sed nec uniuersi insanientibus resistere potuerunt; insipientes itaque facti sunt, dum insipientie resistebant; et erronei diutius habiti, dum obuiare nitebantur errori. Verumtamen fumus ille c cito euanuit, et predictorum opera magistrorum et diligentia redierunt artes, et quasi iure postliminii honorem pristinum nacte sunt et post exilium gratiam et gloriam ampliorem. Inuidit Cornificius et, turpe reputans ut senex mitteretur ad scolas et ut sensu puer appareret senex etate, culpare cepit quod se posse consequi desperabat. Sententias carpebat omnium, eo quod ei dissimiliter uniuersi sentirent. Sic uulpes a desperatione cerasa culpat et, ut dici solet rusticano prouerbio, quod negatur ducit inutile. Inde ergo ire, hinc lacrime, hinc indignatio, quam aduersus discipulos memoratorum sapientium concepit Cornificii domus; unde exercet dentem et in soliditate eorum frangit, ut dicitur, d genuinum. Impudenter etiam, (in latebris tamen, quia palam non licet) obfuscare nititur splendidissima lumina

2–3 perypatheticus CB, perhipateticus A 7 Verumptamen A 18 sapientum AB

dialogi compositum) glossulas in Platonis *Timaeum*, commentarium in Boethium *de Consol. Phil.* Vide R. L. Poole *Illustrations of the History of Mediaeval Thought*, App. v, vi, vii. Eum Henrici II Anglorum regis praeceptorem fuisse manifestum est ex praefatione *Dragmatici* ad istius patrem Galfridum comitem Andegavensem et iure uxoris suae Matildae ducem Normannorum inscripta (ed. Argent. 1567, pp. 3, 4).

1 *Bernardum Carnotensem*: v. *Policr.* ii. 22, vii. 13, ubi cf. commentarium nostrum. In ecclesia Carnotensi a. 1115 scholastici et a. 1124 cancellarii munere fungebatur. Ante a. 1130, ut videtur, supremum diem obiit. Vide quae de illo scripsit R. L. Poole, *Eng. Hist. Rev.*, Jul. 1920, t. xxxv, pp. 326 seqq. 1–2 *Peripateticus Palatinus*: sc. Petrus Abaelardus. 9 *iure postliminii*: v. Iustinian. *Instit.* i. 12 § 5, *Dig.* xlix. 15 § 5, *Cod.* viii. 50 § 19. 15 *cerasa*: cerasa pro uvis in hac fabula notissima etiam posita sunt ab Abaelardo in *Invectiva in quendam ignarum Dialectices* (*Opp.*, ed. Cousin, i. 695). 17 *hinc lacrime*: v. Ter. *Andr.* i. 1. 99. 19 *frangit* etc.: v. Pers. *Sat.* i. 115.

Galliarum, Lauduni gloriam, fratres theologos, Ansellum et Radulfum, quorum memoria in iocunditate et benedictione est, quos nemo lacerauit impune, et qui solis displicuerunt hereticis aut flagitiorum turpitudine obvolutis. Nam de Alberico Remensi et Symone Parisiensi palam loquuntur et prouerbium nullum dicunt, et sequaces eorum non modo philosophos negant, immo nec clericos patiuntur, uix homines sinunt esse, sed boues Abrahe uel asinos Balaamitos, dumtaxat nominant, immo derident, aut si quid scomatice
833 a magis aut ledorice in eos dici potest. Willelmus de Cam-

5 simone B

1 *Ansellum*: sive Anselmum, ecclesiae Laudunenis scholasticum et decanum, qui ob a. 1117. De illo consule *Hist. Litt. de la France* x. 170 seqq.; et G. Lefèvre *de Anselmo Laudunensi scholastico*; cf. Nostri *Hist. Pontif.* c. 8, ed. Poole, p. 20. Anselmi Laudunensis *Sententias* nuper edidit v. d. F. P. Bliemetzrieder (*Beiträge zur Gesch. der Philos. des Mittelalters, Texte und Untersuchungen, B^d. xviii Heft. 2*, ap. Monast. 1919). 2 *Radulfum*: supradicti Anselmi fratrem et in schola successorem. *quorum memoria* etc.: Ecclus. xlv. 1. 4 *hereticis*: ad Abaelardum respicere videtur; v. *Hist. Cal.* cc. 3, 4. 5 *Alberico Remensi*: Ad illum Albericum Remensem respicere videtur, de quo loquuntur Abaelardus in *Hist. Cal.* cc. 4, 9, S. Bernardus in *Ep.* 13, Ioannes denique noster in *Hist. Pontif.* c. 8. Iste quidem Remis scholas rexit archidiaconus; v. *Vit. Hugonis abbatis Marchianensis* (Martène & Durand *Anecdot.* iii. 1712). Ad archiepiscopatum Bituricensem a. 1137 provectus est; obiit a. 1141. Cf. *Gall. Christ.*, ed. Piolin, ii. 48 seq. Willelmi de Campellis discipulus fuit, Abaelardi condiscipulus et adversarius. De alio Alberico, de Porta Veneris dicto, v. infra ad ii. 10. Vide *Hist. litt. de la France* xii. 72 seqq.; cf. ix. 73. *Symone Parisiensi*: Respicit, ni fallor, ad Simonem Pexiacensem quem in theologicis Parisius legisse asserit Noster infra ii. 10. *palam loquuntur* etc.: v. Ioann. xvi. 29. 8 *boues Abrahe uel asinos Balaamitos*: v. Gen. xxi. 27, ad quem locum ap. Angelomum Luxoniensem in commentario (Migne *P. L.* cxv. 193) legimus: *Tulit itaque Abraham oues, uidelicet simplices, et boues, scilicet doctores*; et Num. xxii, ubi cf. 2 Pet. ii. 16. Vide Aug. *Enarr. in Ps. cxxvi* § 11 (*P. L.* xxxvii. 1675), qui de loco illo Isaiae i. 3, *Cognouit bos possessorem suum et asinum praesepe domini sui*, haec habet: *Asinus in figura populi Dei iumentum Dei est . . . et bos ille de quo dicit Apostolus, Boui trituranti os non infrenabis . . . Omnis ergo qui praedicat uerbum Dei . . . bouis impleuit officium.* Cornificianorum scomma est theologos, quales erant Alberici et Simonis sequaces, recte boues et asinos vocari, quippe qui indigni essent ut homines nominarentur. 9 *scomatice . . . ledorice*: v. Macrob. *Sat.* vii. 3 §§ 2-6; cf. *Policr.* vii. 25, *Ep.* 251. 10 *Willelmus de Campellis*: Anselmi Laudunensis discipulus, ecclesiae Parisiensis archidiaconus, ad cellam veterem S. Victoris in suburbio a. 1108 migravit; ibi, habitu canonico assumpto, monasterium insigne funda-

pellis errasse conuincitur scriptis propriis. Vix parcitur magistro Hugoni de Sancto Victore, et hoc quidem magis propter habitum religionis, quam propter reuerentiam scientie aut doctrine. Deo enim in ipso deferunt, non persone. Rodbertus Pullus, cuius memoria bonis omnibus iocunda est, diceretur filius subiugalis, nisi sedi apostolice

---

vit, cuius scholasticus postea erat Hugo ille, de quo infra. De Willelmi cum Abaelardo, olim discipulo suo, controversia vide in ipsius Abaelardi *Hist. Calam.* c. 2. Episcopus Catalaunensis consecratus est Willelmus a. 1113. Anno 1115 S. Bernardum in abbatem Claraevallensem benedixit. Obiit a. 1122.

1 *errasse conuincitur scriptis propriis*: v. Abaelardi *Hist. Calam.* c. 2: *Antiquam eius* (sc. Willelmi de Campellis) *de uniuersalibus sententiam patentissimis argumentorum disputationibus ipsum commutare, imo destruere compuli. Erat autem in ea sententia de communitate uniuersalium ut eamdem essentialiter rem totam simul singulis suis inesse astrueret indiuiduis; quorum quidem nulla esset in essentia diuersitas, sed sola multitudine accidentum uarietas. Sic autem istam suam correxit sententiam ut deinceps rem eamdem non essentialiter, sed indifferenter diceret.* De hac re cf. Cousin, *Ouvrages inédits d'Abélard*, pp. cx seqq., G. Lefèvre in *Travaux et Mémoires de l'Université de Lille* vi. 20. *Vix parcitur* etc.: De Hugoni debita reverentia cf. S. Thom. Aqu. *S. T.* II. ii. q. 5, art. 1, ad 1^{um}, ubi *quamuis dicta Hugonis de S. Victore magistralia sint et robur auctoritatis habeant, tamen* in hoc articulo se ab illo dissentire confitetur. 2 *Hugoni de Sancto Victore*: in abbatia S. Victoris apud Massilienses canonico, deinde in abbatia eiusdem sancti apud Parisienses canonico et scholastico, inter theologos et litteratos sui saeculi celeberrimo. Obiit a. 1141. 5 *Rodbertus Pullus*: v. infra ii. 10. De ciuitate Exoniae (ut ait Bedae continuator anonymus ap. Wright, *Biogr. Britann.* ii, p. 183) in a. 1133 sec. annalium Oseneiensium scriptorem (in Luard *Ann. Monast.* iv. 19. 20) *scripturas diuinas que in Anglia obsoluerant apud Oxoniam legere cepit; qui postea cum ex doctrine eius ecclesia tam Anglicana quam Gallicana plurimum profecisset, a papa Lucio secundo uocatus et in cancellarium sancte Romane ecclesie promotus est.* Sed v. R. L. Poole, *The Early Lives of Robert Pullen and Nicholas Breakspear* (in *Essays in Medieval History presented to T. F. Tout*, Manc. 1925), qui Pullum potius Exoniae quam Oxoniae legisse arguit. Post a. 1138 usque ad a. 1143 archidiaconus Roffensis erat. Ait S. Bernardus in *Ep.* 205 ad Episcopum Roffensem scripta; *Monui magistrum Robertum Pullum aliquantum tempus facere Parisiis ob sanam doctrinam quae apud illum dignoscitur.* Ad Robertum ipsum, iam cardinalem et cancellarium factum inscribitur eiusdem S. Bernardi *Ep.* 362 (Migne *P. L.* clxxxii. 372, 563). A. 1144 vocatus est Robertus ad Romam, ubi dignitate cardinalitia insignitus cancellarii munere usque ad a. 1146 fungebatur. Vide etiam H. Rashdall in *Dict. Nat. Biog.* xlvii, pp. 19, 20 (ubi pro 'Metalogicus i. 24' l. 'Metalogicus ii. 10'). 6 *filius subiugalis*: v. Matt. xxi. 5, ubi de asinae pullo dicitur. Alludebant Cornificiani ad cognomen Roberti.

deferretur, que ipsum de doctore scolastico cancellarium fecit. Ut autem licentius hec familia aliis derogaret, religionem extrinsecam induit paterfamilias (de interna enim cognoscet Dominus et iudicabit) et Cisterciensium, Cluniacensium, Premonstratensium, aliorumque quorum fama hilarior est familiaritatem captat, ut ab eorum auctoritate
b possit esse insignis. Ego autem detractionem eius familie equanimiter porto, et me fateor aliquos premissorum habuisse doctores, et itidem aliorum audisse discipulos, et ab eis modicum id didicisse quod noui; neque enim, ut Cornificius, meipsum docui. Nec multum curo quid ineptum in auribus
c suorum cornicetur. Ingratus enim est et peruersi ingenii qui profectus sui diffitetur auctorem. Sed hec hactenus: nunc pretermissis persone ineptiis, ipsius sententie redarguamus errorem.

Cap. 6. *Quibus rationibus nitatur.*

Non est ergo ex eius sententia (si tamen falsa opinio sententia dicenda est,) studendum preceptis eloquentie; quoniam eam cunctis natura ministrat aut negat. Si ultro ministrat aut sponte, opera superfluit et diligentia; si uero negat, inefficax est et inanis. Nam plerumque ad maximarum propositionum robur accedit 'Tantum quemque posse, quantum natura permiserit'; adeo quidem ut apud serietatem fidelium historicorum constet Dedalum non uolasse, quoniam ei natura alas negauerat, sed tirannicam rabiem subito euasisse nauigio. Preterea ratio preceptorum quod pollicetur non efficit; et omnino impossibile est ut quis eloquens sit etiam diligentissimo studio preceptorum.

6 hillarior B^1 24 hystoricorum B

11 *ineptum* etc.: v. Pers. *Sat.* v. 12. 12 *cornicetur*: Ad Cornificii nomen alludere videtur. 21–2 *maximarum propositionum*: v. Boet. *in Top. Cic.* i (Migne *P. L.* lxiv. 1051) *Supremas igitur ac maximas propositiones uocamus, quae et uniuersales sunt, et ita notae atque manifestae ut probatione non egeant, eaque potius quae in dubitatione sunt, probent.* 24 *Dedalum* etc.: v. Serv. *ad Verg. Aen.* vi. 14 (ed. Thilo ii. 7).

Sufficit enim usus uerbi loquendique inter cohabitantes commercium; et lingue cuiusque habet potissimam facultatem, qui officium eius crebro exercet. Apud Grecos planum d est hoc et Latinos; Galli nobis attestantur et Britones. Apud Scitas et Arabes, immo ubique locorum, uerum est quia usus magistrum reddit; labor improbus uincit omnia, et assiduitas operis in quauis arte prestantissimum facit opificem. Ad hec, etsi eloquentie precepta proficerent, plus habent laboris quam utilitatis; nec dispendium opere equa unquam compensabitur retributione mercedis. Greca plebs et Hebrea sine preceptorum difficultate lingue sue compendio utitur; et tam Galli quam Britones et alie itidem gentes commercium uerbi ante a nutricum sinu quam a cathedra doctorum excipiunt. Nutricis linguam plerumque 834 a redolet etas uirilis; nec potest interdum ab eo quod tenerior etas ebiberat doctorum diligentia erudiri. Quam recte loquuntur, quam expedite, singule gentes in linguis quas eis decreti diuini constitutio assignauit! Numquid artem orationis expectant aut precepta eloquentie? Postremo quid est eloquentie cum philosophia? Altera enim consistit in uerbo, altera sapientie uias affectat inuestigat et circuit et interdum pro studio efficaciter apprehendit. Plane eloquentie precepta sapientiam non conferunt; sed nec amorem eius et sepissime quidem ei obtinende non conferunt. Res enim philosophia (aut finis eius, que est sapientia) querit, non uerba. Ex his itaque liquet quia precepta eloquentie b ab operis suis philosophia eliminat.

Cap. 7. *De commendatione eloquentie.*

Cornicatur hec domus insulsa (suis tamen uerbis) et quam constat totius eloquii contempsisse precepta. Sicut enim de seipsa testatur, grauium temporum casuumque non

24 optinende A 29 Fornicatur A 30 que A

6 *usus magistrum reddit*: Hoc prouerbium alibi adhuc non repperi. Cf. Cic. *de Orat.* i. 4 § 15. *Labor improbus uincit omnia*; v. Verg. *Georg.* i. 145. 29 *Cornicatur*: cf. supra in cap. 5 (20. 12).

potest simul curare iuncturam et constructioni sensuum operam dare. Esto, loquatur falso, dum uerum sentiat; sed plane non adquiescet, quia homo ore mendax et spiritu falsum loquitur et falsum sentit. Ait enim: Superflua sunt precepta eloquentie, quoniam ea naturaliter adest aut abest. Quid, inquam, falsius? Est enim eloquentia facultas dicendi commode quod sibi uult animus expediri. Quod enim in abdito cordis est, hoc quodammodo in lucem profert et
c producit in publicum. Siquidem non est eloquens quisquis loquitur, aut qui quod uoluerit utcumque loquitur, sed ille dumtaxat qui animi sui arbitrium commode profert. Ipsa quoque commoditas exigit facultatem (que a facilitate dicitur) ut sequamur mores nostros, quibus gratum est in ea parte Stoicos imitari, qua ad faciliorem intelligentiam rerum et uerborum originem studiosius perscrutantur. Ergo cui facilitas adest commode exprimendi uerbo quidem quod sentit, eloquens est. Et hoc faciendi facultas rectissime eloquentia nominatur. Qua quid esse prestantius possit ad usum, compendiosius ad opes, fidelius ad gratiam, com-
d modius ad gloriam, non facile uideo. Nichil enim dotem istam nature et gratie antecedit aut rarum. Siquidem cum uirtus et sapientia, que forte, sicut Victorino placet, uerbis potius quam substantia differunt, in appetendis locis primum obtineant, secundum sibi eloquentia uendicat; tertius autem cedit locus bonis corporeis, eique ad materiam gerendorum cohabitantium fauor et rerum copia quarto loco succedunt. Secutus est hunc ordinem ethicus, uotorumque seriem in ordine expetendorum eleganter expressit.

> Quid uoueat dulci nutricula maius alumno,
> quam sapere, et fari possit que sentiat, et cui
> gratia, fama, ualitudo, contingat habunde,
> et mundus uictus, non deficiente crumena.

11 Ipsaque A 12 facilitate] facultate CBA 14 stoycos A
18 possit prestantius B^2 24 optineant A 25 locus *om.* BA
29 alumpno A

6 *Est enim eloquentia* etc.: cf. Cic. *de Orat.* i. 6 § 21 et alibi. 22 *Victorino*: *in lib. I de Inventione* (in ed. Orelliana Ciceronis operum t. v. p. 3). 29 *Quid uoueat* etc.: Hor. *Ep.* i. 4. 8–11.

Si ergo, uerbi et rationis usu aliorum animantium naturam 835 a
humana dignitas antecedit, quid conducibilius ad omnia, quid ad claritatem conciliandam potentius quam in eo nature preuenire consortes et generis, in quo solus homo cetera uincit? Hec autem, cum omnem etatem doceat et exornet, clariorem efficit iuuentutem; eo quod etas tenerior gratie quodammodo lenocinatur ut ingenium uendicet. Qui sunt enim qui florent inter conciues? Qui sunt qui opibus pollent? Qui sunt qui preualent uiribus et in omnibus negotiis obtinent, nisi eloquentes? Nam, ut Cicero est auctor, nichil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile; nichil tam horrendum et incultum quod non splendescat oratione et quodammodo mansuescat tamquam si excolatur. Qui ergo tanti boni contemptor est, manifestissime desipit. Qui autem diligit, immo se diligere b
simulat et non excolit, nimis negligens est et desipientie proximus.

Cap. 8. *Quod natura usu iuuanda est, et exercitio.*

Ceterum hanc aliquando habituris gratis ipsa natura largitur; et non habituris eam negat, et perpetuo subtrahit; ut liquido constet operam ulteriorem aut inanem esse aut superuacuam. Quare ergo, doctissimi Cornificiani, peritiam omnium non habetis linguarum? Quare non saltem Hebream nostis? quam, ut aiunt, natura parens primigenis tradidit et generi conseruauit humano, donec unitatem scidit impietas et confusione linguarum prostrata est elatio que in celum conscendere non uirtute sed uiribus moliebatur, turre constructa. Quare non hanc, que ceteris naturalior est, ut c
sic dicatur, natura docente loquuntur? Est autem natura, ut quibusdam placet, (licet eam sit diffinire difficile,) uis quedam genitiua, rebus omnibus insita, ex qua facere uel

1 rationis et uerbi BA^2 10 optinent A 18 iuuanda est usu A

11 *nichil est* etc.: Cic. *Paradox.* praef. § 3. 23 *Hebream* etc.: cf. Aug. *de C. D.* xvi. 11. 30 *licet eam sit diffinire difficile*: v. Cic. *de Inv.* i. 24 § 34; cf. Victorinum ad loc.

pati possunt. Genitiua autem dicitur, eo quod ipsam res queque contrahat, a causa sue generationis, et ab eo quod cuique est principium existendi; res enim quelibet a componentibus contrahit, unde ad hoc apta sit uel ad illud; siue componentia partium nomine censeantur, siue accedant ad originem materie et forme, ut in simplicibus, que coaceruationem partium non admittunt; siue ratio componendi ad solius diuine bonitatis decretum accedat. Nam et hec
d ipsa prima natura est, auctore Platone, qui, sicut Victorinus et alii multi testantur, et certissimam omnium rerum naturam esse asseruit diuinam uoluntatem; siquidem natura creata ab hoc fonte manat, et quicquid operatur, operis sui Deum habet auctorem; ita quidem, nisi sit corruptionis opus et culpe, in quo ab auctore suo natura degenerat. Vis itaque originaliter indita cuique, ex qua opus aut aptitudo procedit, natura quidem est, sed creata. Alias quidem diffinitiones, que sparsim in diuersis reperiuntur auctoribus, eo plerumque trahendas arbitror, ut natura, que creata est, describatur. Nam et ignis artifex, qui per inuisibiles uias procedit ad res uisibiles procreandas, creatus quidem est; sed pace Aristotilis et Calcidii, eum naturam esse aliqui
836 a diffitentur. Item principium motus secundum se a Deo habuisse initium, nec Aristotilem negaturum credo. De Boetio certus sum; quia id, quod facere uel pati potest, non negabit esse creatum. Sed et unamquamque rem informans specifica differentia, aut ab eo est, per quem facta sunt omnia, aut omnino nichil est. Aliis quoque modis natura describitur; sed quicquid aliud a Platonico ponitur, aut de rerum numero tollendum est aut diuinis operibus ascriben-

8 bonitatis diuine B 17 repperiuntur A 21 chalcidii C
23 *ante* De *add.* Nam BA

9 *Victorinus*: *in lib. I de Inv.* (Cic. *Opp.* ed. Orell. v. 70); cf. *Policr.* ii. 12. 19 *ignis artifex* etc.: v. Victorini loc. cit.; cf. Hugon. de S. Victore *Erud. Didasc.* i. 11 (Migne *P. L.* clxxvi. 748, 749) et *in Ecclesiasten Hom. ii* (*P. L.* clxxv. 136). 21 *Aristotilis*: v. Boet. *contra Eut. & Nest.* c. 1 (ed. Peiper p. 190). *Calcidii* v. *Comm. in Tim.* §§ 23, 323. 22 *principium motus secundum se*: v. Boet. loc. supra cit. 23–4 *De Boetio* etc.: v. Boet. loc. cit. (ed. Peiper p. 189).

dum. Sed utamur ad presens prima diffinitione, que ad usum presentis articuli magis uidetur accedere. Esto ergo; sit potens et efficax uis illa genitiua, indita rebus originaliter; certe, sicut uitio corrumpi aut impediri, sic uariis adminiculis reparari uel adiuuari potest. Nam et pueri uulgo garriunt eum gerendi aliquid habere aptitudinem naturalem, cui aptitudinis negatus est usus; quod enim b gressibile est, interdum gradi non potest, et qui bipes est natura, actu plerumque caret utroque pede uel altero. Cura itaque non superfluit, sed naturam iuuat, faciliusque reddit quod tamen utcumque forte fieri posset. Nam et Socrates, ut traditur, natura petulcus erat et muliebrosus (ut uerbo utar historie), nature tamen intemperantiam castigatione philosophie et uirtutis exercitatione repressit et domuit. Obtusioris ingenii tradunt fuisse Scaurum Ruffum, sed sedulitate exercitii in id uirium euasisse ut Ciceronem ipsum Allobroga nominaret. Si exemplis utendum fuerit, undique fiet conspicuum quia nec diligentia inanis est ubi est natura obtusior, et nec habundat cura, utpote superflua, c et si fuerit ad aliquid agendum natura benignior. Licet enim plerumque natura dominetur et sit procliuior in alterutro; tamen, sicut facile corrumpitur a negligentia, sic a cultura et a cura sepissime mansuescit.

> Ingenio fieret laudabile carmen an arte,
> quesitum est; ego nec studium sine diuite uena
> nec rude quid possit uideo ingenium; alterius sic
> altera possit opem res et coniurat amice.

Prodest utique natura, sed eatenus aut numquam aut raro, ut sine studio culmen optineat: nichil enim est tam ualidum, tam robustum, quod diligentia non eneruet, nichil

13 hystorie B 20 si] sic ut C

11 *Socrates* etc.: v. Cic. *de Fato* 5 § 10. 15 *Ruffum* etc.: v. Iuv. *Sat.* vii. 213, 214; quorum versiculorum alterum sic Ioannes noster legit: *Rufum qui toties Ciceronem Allobroga dixit.* Hunc Rufum cur etiam *Scaurum* dixerit Ioannes nescio: quae cognomina simul eundem habuisse vix credet qui moris Romani non sit inscius. 24 *Ingenio* etc.: Hor. *A. P.* 408–11 (*Natura fieret* etc.).

tam erectum, quod non deiciat; sicut e contra quamlibet
d humilem gradum cura diligens erigit et conseruat. Ergo, si natura propitia est, contemni non debet sed excoli ut facile prosit; si aduersa, eo diligentiorem cultum exigit ut ope uirtutis felicius et gloriosius inualescat.

Cap. 9. *Quod homines nititur elingues facere qui logicam impugnat.*

Quis autem ope nature hunc assecutus est titulum, ut sine studio in omnibus, immo uel in una linguarum, eloquentissimus haberetur? Vtique si eloquentem esse bonum est, et eloquentissimum melius erit. Neque enim hic in contrarium boni quod proponitur comparationis gradus excrescunt; quemadmodum in eo qui disertus dicitur, aut disertior, cum positiuus sapientie sensum habeat et eloquentie, quantum
837 a excrescit comparatio, tantum decrescit sapientia et eloquii fluuius inualescit. Sic enim nonnullis gramaticis placuit. Sed licet alique artium contingentium et docentium uirtutem eloquii naturam attingant, illa tamen, que ad placitum fere est, naturaliter sciri non potest, quia nec naturalis est; non est enim eadem apud omnes. Quocirca id quod est homini precipue debitum, imprudenter sine hominis beneficio a natura exigitur; at hec domus non eloquentiam criminatur, que omnibus necessaria est et commendatur ab omnibus, sed artes eam pollicentium arguit esse inutiles. Eo itaque opinionis uergit intentio, ut non omnes mutos faciat, quod nec fieri potest nec expedit, sed ut de medio
b logicam tollat. Est enim fallax, ut aiunt, professio uerbosorum, et que multorum consumpsit ingenia, et non modo philosophie studiis preclusit uiam sed gerendis omnibus rationem et exitum interclusit.

3 contempni B 20 Quocirca] Que ergo BA 21 debet BA

14 *positiuus*: i. e. is qui tantum *disertus* est, non autem *disertior*.
17 *contingentium*: i. e. *tractantium*.

Cap. 10. *Quid significet nomen logice, et quod omnes artes colende, nisi reprobate sint.*

Ecce propositi planior est intentio et logicam aggreditur expugnare, que omnes philosophie semitas pari furore perse-
5 quitur. Verumtamen ab aliqua fuerat incohandum. Illam itaque preferri placuit que ceteris notior, et huic heresi familiarior uidebatur. Congrediamur ergo, et quid censeatur nomine logice proferatur in medium. Est itaque logica, (ut nominis significatio latissime pateat) loquendi uel disserendi
10 ratio. Contrahitur enim interdum, et dumtaxat circa c disserendi rationes, uis nominis coartatur. Siue itaque ratiocinandi uias doceat, siue omnium sermonum regulam prebeat, profecto desipiunt qui eam dicunt esse inutilem; cum utrumque ratione clarissima doceatur esse perneces-
15 sarium. Duplicitatem uero huius significationis nomen a Greca quidem origine contrahit, quoniam ibi *logos* nunc sermonem, nunc rationem significat. Sed ut quam latissime protendatur significatio, ei ad presens sermonum omnium magisterium tribuatur; ut nusquam convincatur esse
20 inutilis, cum etiam secundum generaliorem modum tota perutilis esse et necessaria apparuerit. Si enim, ut sepe dictum est, necessarius (quod nemo negat) est usus uerbi, d quanto compendiosius docetur, tanto est doctrina utilior et certe fidelior. Stultum enim est in eo diutius cum labore
25 et difficultate uersari, quod aliter expediri facile et cito potest. Solet hoc negligentibus euenire et qui iacturam temporis nullius putant esse momenti. Omnium itaque gerendorum artes amplectende sunt et colende, eo quidem studiosius, quo ab optima parente natura originem ducunt et
30 nobilitatem generis facili et felici gerendorum protestantur

5 Verumptamen BA incoandum B 13 prebebat B 14 clarissima] uerissima BA 15 Dupplicitatem BA 19-20 inutilis esse A^1 24 cum labore diutius A^1

6 *huic heresi*: sc. Cornificianorum. 9–10 *disserendi ratio*: v. Boet. *in Top. Cic. 1* (*P. L.* lxiv. 1045). 15 *Duplicitatem* etc.: cf. Hugon. de S. Victore *Erud. Didasc.* i. 12 (*P. L.* clxxvi. 750).

effectu. Gerendorum iccirco dixerim artes colendas ad discretionem artium, que uersantur in maleficiis, ut sunt sortilegorum et cetere reprobate matheseos. Que, quoniam ab officiis aliene sunt, a toto hominum cetu recte philosophan-
838 a tium decreto eliminari debent. Sed de his latius dictum est in Policratico.

Cap. 11. *Quid ars, et de speciebus ingeniorum: et quod artibus excolenda sunt.*

Est autem ars ratio que compendio sui naturaliter possibilium expedit facultatem. Neque enim impossibilium ratio prestat aut pollicetur effectum; sed eorum que fieri possunt, quasi quodam dispendioso nature circuitu compendiosum iter prebet, et parit (ut ita dixerim) difficilium facultatem. Vnde et Greci eam *methodon* dicunt, quasi compendiariam rationem, que nature uitet dispendium, et amfractuosum eius circuitum dirigat, ut quod fieri expedit, rectius et facilius fiat. Natura enim, quamuis uiuida, nisi erudiatur,
b ad artis facilitatem non peruenit, artium tamen omnium parens est, eisque, quo proficiant et perficiantur, dat nutriculam rationem. Excitat enim primo ingenium ad res aliquas percipiendas; et cum eas perceperit, deponit quasi in custodia et thesauro memorie; ratio que percepta et commendanda uel commendata sunt, studio diligenti examinat, et ex natura singulorum de singulis (nisi forte labatur in aliquo) uerum profert incorruptumque iudicium. Hec tria quidem, quasi omnium artium fundamenta et instrumenta, natura premittit. Est autem ingenium (ut Isidoro placet) uis quedam animo naturaliter insita, per se ualens. Hoc autem exprimere uidetur ista descriptio quod natura animo uim quandam indidit, que aut primitiuus motus anime est

2–3 sortilogorum A 23 studio sunt B^1 27 isidoro A

3 *reprobate matheseos*: v. *Policr.* ii. 19 (t. i. pp. 107 seqq.). 22 *custodia et thesauro memorie*: v. Cic. *de Orat.* i. 5 § 18. 27 *Isidoro*: non Isidoro, sed Hugoni de S. Victore *Erud. Did.* iii. 8 (Migne *P. L.* clxxvi. 771); cf. Isidori *Etym.* x § 122. *Ingeniosus, quod intus uim habeat gignendi quamlibet artem.*

aut motum excitat primitiuum, quem anima exercet in c
rerum inuestigatione. Vnde et per se dicitur ualens eo
quod nullius precedentis opem expectat, et omnes preuenit,
et iuuat subsequentes; precedit enim inuestigatio compre-
hensionem, examinationem, et custodiam omnium sciendo-
rum. Itaque proficiscitur a natura; studio iuuatur, et
exercitio; ut quod difficile fuerat in prima agitatione, ab
assiduitate usus reddatur facilius; et cum regulas hoc
faciendi deprehenderit, fiat, nisi desuetudinis et negligentie
torpor obsistat, facillimum. Et hec quidem est omnium
origo artium, ut cum natura preiacens usum et exercitium
studii peperit, usus et exercitatio artem; ars autem eam, de
qua nunc agitur, facultatem. Valet itaque per se ingenium, d
exercitatio, ex usu ab utroque memoria; et ab his etiam
ipsa ratio conualescit artesque producit, et hoc quidem pro
capacitate ingeniorum. Horum tria sunt genera, sicut Car-
notensis senex Bernardus frequenti colloquio suis auditori-
bus tradere consueuit. Aliud enim aduolans, aliud infimum,
aliud mediocre est. Aduolans quidem eadem facilitate, qua
percipit, recedit a perceptis, nec in aliqua sede inuenit
requiem. Infimum autem sublimari non potest, ideoque
profectum nescit; at mediocre, et quia habet in quo sedeat,
et quia sublimari potest, nec de profectu desperat, et philo-
sophantis exercitio accommodissimum est. Et in hac qui-
dem specie naturam, opinor, artium fundamenta iecisse; 839 a
usus enim huius studio invalescit. Est autem (ut Ciceroni
placet) studium assidua et uehemens animi applicatio ad
aliquid agendum magna cum uoluntate; memoria uero quasi
mentis archa, firmaque et fidelis custodia perceptorum, ratio
eorum que sensibus aut animo occurrunt, examinatrix animi
uis est et fidelis arbitra potiorum, que, rerum similitudines
dissimilitudinesque perpendens, tandem artem statuit quasi
quandam infinitorum finitam esse scientiam. Cum enim in
a desinant nomina infinita, ea omnia feminino definiunt

2 ualens dicitur A^1 10–11 origo omnium A^1 22 perfectum C
34 definiuit A

articulo, his exclusis, que certa sue proprietatis assignatione distinxit. Species infinite sunt; sed hec in eis finitum
b tradidit, ut cuicumque species, adest et genus. Numeri infiniti; omnem tamen parem uel imparem esse diffiniuit: et ut duo dicitur, liquido comprobetur exemplo; disceptationem primam casus intulit; usum disceptandi exercitatio auxit. Disceptandi formam, que ars eius operis est, ratio deprehendit; ars culta contulit facultatem; et, quia artium natura mater est, merito in iniuriam parentis redundat contemptus earum. Sedulo igitur ingenium tam studii quam remissionis moderatione excolendum est, ut ab altero conualescat, ab altero confortetur. Vnde eggregie sapiens quidam (cui dicti habeo gratiam) ait: Ingenium a natura proficiscitur, usu iuuatur, immoderato labore retonditur, et temperato acuitur exercitio. Si enim compositum fuerit, et legitime exerceatur, non modo ad artium capacitatem
c sufficiet, sed ad res quodammodo naturaliter inaccessibiles, rectam et expeditam inueniet uiam; et ad discendum aut docendum quicquid oportet aut expedit, fidelissimum erit.

Cap. 12. *Vnde artes dicantur liberales.*

Sed cum artium multa sint genera, ingenio philosophantis animi prime omnium liberales occurrunt. He quidem omnes, aut Triuii aut Quadruuii ratione clauduntur; et tantam dicuntur obtinuisse efficaciam apud maiores, qui eis diligenter institerant, ut omnem aperirent lectionem, ad omnia intellectum erigerent, et omnium questionum, que probari possunt, difficultatem sufficerent enodare. Neque enim
d doctore egebant in aperiendis libris aut questionibus dissoluendis hi, quibus aut ratio Triuii omnium uim sermonum, aut Quadruuii lex totius nature secreta exponebat.

6 intulit casus C^1 12 egregie A 14 reconditur A^1, retunditur A^2 16 legittime B arcium B 18–19 et (ad A^1) docendum A 24 optinuisse A 30 quadriuii C

23 *Triuii*: sc. grammatica, dialectica, rhetorica. *Quadruuii*: sc. arithmetica, geometria, astronomia, musica.

Vnde sicut artes dicte sunt, eo quod artant regulis et preceptis, uel a uirtute, que Grece *ares* dicitur, et animos roborat ad percipiendas uias sapientie, aut a ratione, cui alimenta et incrementa prestant, que a Grecis *arso* nomi-
5 natur; sic et liberales dicte sunt, uel ex eo quod antiqui liberos suos his procurabant institui; uel ab hoc quod querunt hominis libertatem, ut curis liber sapientie uacet, et sepissime liberant a curis his, quarum participium sapientia non admittit. Necessarias quoque sepe excludunt,
10 ut agitationi mentis ad philosophiam sit expeditior uia.

Cap. 13. *Vnde dicatur Gramatica.* 840 a

Harum autem omnium prima est logica; ab ea tamen sui parte, que in prima sermonum institutione uersatur; ut nomen logices, sicut iam dictum est, quam latissime pateat,
15 et non modo ad disserendi scientiam contrahatur. Est enim Gramatica scientia recte loquendi scribendique et origo omnium liberalium disciplinarum. Eadem quoque est totius philosophie cunabulum, et (ut ita dixerim) totius litteratorii studii altrix prima; que omnium nascentium de sinu nature
20 teneritudinem excipit, nutrit infantiam, cuiusque gradus incrementa in philosophia prouehit, et sedulitate materna omnem philosophantis producit et custodit etatem; unde a primis tam scribendi quam loquendi principiis gramatica b appellatur. *Grama* enim littera uel linea est, et inde lit-

6 ob A 11 grammatica A 16 Grammatica A 23 grammatica CA

1 *eo quod artant* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 1 § 2, 5 § 2 *Ars uero dicta est quod artis praeceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Graecis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute*; cf. Cassiod. *de Artibus* in praefatione (Migne *P. L.* lxx. 1151); Donat. *in Ter. Andr.* i. 1. 4, Aug. *de Civ. Dei* iv. 21. Notandum est in loco Donati cod. v. teste P. Wessner pro *ἀρετή ares* exhibere. 4 *que*: sc. ratio. *arso*: Quid significet hoc vocabulum, equidem nescio; nisi forte liceat coniicere Ioannem glossam nescio quam sub oculis habuisse qualem ex codice quodam Leidensi referunt Goetzius et Gundermannus in *Corp. Gloss. Lat.* ii p. 169 *Ratis ὁ ταρσός*, deletisque litteris *s*, *τ*, *s*, *ratio* ap*c*ó legisse. 14 *sicut iam dictum est*: v. supra c. 10. 15–16 *Est enim Gramatica* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 5 § 1. 24 *Grama* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 5 § 1; Macrob. *in Somn. Scip.* i. 5 § 7.

teralis, eo quod litteras doceat; quo nomine tam simplicium uocum figure quam elementa, id est uoces figurarum, intelliguntur; aut etiam linearis est, eo quod sicut in magnitudinis incremento dimensio linee prima occurrit, et quasi quedam materia est superficiei aut corporis, sic aspirantibus ad profectum sapientie disciplina hec prima succurrit, que linguam erudit; et tam per aures quam per oculos, ut sic procedat oratio, sapientiam introducit; uerba enim per aurem intromissa pulsant et excitant intellectum, qui (ut ait Augustinus) quedam anime manus est, rerum capax et
c perceptibilis obiectorum. Littere autem, id est figure, primo uocum indices sunt, deinde rerum, quas anime per oculorum fenestras opponunt et frequenter absentium dicta sine uoce loquuntur. Tradit ergo prima elementa sermonis ars ista, oculorum et aurium iudicium instruit, ut non facilius queat aliquis preter eam philosophari, quam inter philosophos eminere qui semper cecus fuit et surdus.

Cap. 14. *Quod ipsa, etsi naturalis non sit, naturam imitatur.*

Ceterum cum hec ad placitum sit, non a natura uidetur esse profecta; siquidem naturalia eadem sunt apud omnes, hec autem apud omnes non eadem est. Artium uero matrem
d superius collectum est esse naturam; sed licet hec aliquatenus, immo ex maxima parte ab hominum institutione processerit, naturam tamen imitatur, et pro parte ab ipsa originem ducit, eique in omnibus, quantum potest, studet esse conformis; unde et ad eius nutum uocalium numerum apud omnes gentes, quantum ad elementa spectat, quinario

21 eadem naturalia C^1 22 non apud omnes eadem est B 27 nutum eius A^1

10 *Augustinus*: Hanc intellectus descriptionem nusquam apud Augustinum neque in libro illi falso attributo *de Spiritu et Anima*, cujus tamen stilo congruam illam diceres, reperire potui. Cf. Arist. *Probl.* xxx. 5, 955 b. 25. 23 *superius*: v. supra c. 11. 25 *naturam tamen imitatur*: v. *Rhet. ad Herenn.* iii. 22 § 36. 28 *quinario*: i. e. A, E, I, O, U.

inclusit; nam apud plerosque figurarum numerus multiplicior est. Tenredus tamen noster, gramaticus scientia quam opinione potentior, etiam in sonis elementariis ampliorem numerum conuincebat. Si enim attendantur uocum (ut ait) differentie, septem sunt. In ipsis quoque consonantibus diuersas species semiuocalium et mutarum, item simplicium dupliciumque, natura formauit; quarum differentiam patenter aduertit, si quis attendat ora, mirabili 841 a lege nature modulantia uoces et potestatem eorum subtili examinatione perpendat. Ipsa quoque nominum impositio aliarumque dictionum, etsi arbitrio humano processerit, nature quodammodo obnoxia est, quam pro modulo suo probabiliter imitatur. Homo enim ad exequendum diuine dispensationis effectum et ad instituendum inter homines uerbi commercium rebus his primo uocabula indidit, que preiacebant, nature manu formate, et quas illa uel ex quattuor elementis uel ex materia et forma compegerat et distinxerat, ut rationalis creature possent sensibus obici, earumque diuersitas, sicut proprietatibus, sic et uocabulis insigniri. Inde ergo (sicut Boetius auctor est) contigit, ut hoc uocetur *homo*, illud *lignum*, aliud uero *lapis*; et sic b substantiis omnibus sua quasi impressa sunt nomina. Sed quoniam ipsarum multe sunt differentie; alie quidem a quantitate, alie a qualitate, alie a uariis accidentium formis, item alie ab his que familiariora sunt et adesse conducunt; iccirco quibus hoc designaretur nomina sunt inuenta que possent adici substantiuis et eorum uim et naturam

2 grammaticus A 5 vii CA 17 quatuor CA

1–2 *multiplicior*: e. g. apud Graecos distinguitur E ab H, O ab Ω. 2 *Tenredus*: Legunt edd. *Teuredus*; unde V. Rose (*Hermes* i. 380) de Theorido illo Brundusino, Graiarum peritissimo litterarum, cogitavit, quem laudat Euericus Aristippus in epistola suae interpretationi Phaedonis Platonici praefixa (*Hermes* i. 388). Sed vide quae de Tenredo monacho Doverensi in Prolegomenis scripsi; ad quem valde suspicor referenda esse quae hoc loco legimus. 10 *Ipsa quoque* etc.: cf. (cum v. d. G. Robert *Les Écoles et l'Enseignement de la Théologie pendant la première moitié du xii^me siècle*, p. 119) Abaelardum in *Dialectica* (*Ouvr. inéd. p.* 487) et in *Theol. Christiana* iii, (non, ut ait Robert, *Introd. ad theologiam*) (*Opp.* ed. Cousin ii. 481; Migne *P. L.* clxxviii. 1245). 20 *Boetius*: v. *Comm. I. in Ar. de Interpr.* i. 2.

quodammodo depingerent, sicut premisse substantiarum differentie suis proprietatibus exprimuntur. Sicut enim accidentia substantiam uestiunt et informant; sic quadam proportione rationis ab adiectiuis substantiua informantur. Et ut familiarius rationis institutio nature cohereat, sicut substantia cuiusque rei intensionis et remissionis ignara
c est, sic substantiua ad comparationis gradus non ueniunt, ut nec nomina differentiarum substantialium, licet adiectiua sint, eo quod substantie quandam indicent qualitatem. Item nec illa comparantur, que adiciuntur substantiis a quantitate, eo quod ipsa quantitas non suscipit magis et minus. Et in summa, sicut solum accidens comparabile est, nec id tamen omne, sic sola adiectiua accidentium, nec ea tamen omnia, comparantur. Nec in solis nominibus conspicua est hec nature imitatio, sed in aliis omnibus orationis partibus, si diligentius attendatur. Pro eo quod substantia, que sensui aut rationi obicitur, sine motu, quo agendo uel patiendo aliquid temporaliter mouetur, esse non
d potest, ideo ad designandos motus temporales agentis aut patientis excogitata sunt uerba. Vnde quia motus non est sine tempore, nec uerbum esse potuit sine temporis consignificatione; et sicut motus is non semper uniformis est, sed, ut sic dicam, multicolor, alio aliter uel alias agente uel patiente, ad exprimendas differentias eius ad modum adiectiuorum nominum aduerbia processerunt. Quid etiam quod uerba quedam aliquibus temporibus carent, sicut meditatiua et incoatiua, preterito eo quod gerendorum deliberatio non statim completur, nec initia rerum ad sui perfectionem accedunt, hoc nonne est expressum nature apud humanam rationem uestigium?

842 a Cap. 15. *Quod adiectiua secunde impositionis substantiuis prime non apte copulantur, ut equus patronomicus.*

Procedat ratio ad secunde impositionis originem, ubi, etsi non tam liquido, dominantis tamen nature claret auctoritas.

9 indicerent A^1 15 nature hec BA 27 incohatiua A^1

21 *nec uerbum* etc.: v. Boet. *Comm. I. in Ar. de Interpr.* i. 3 ad init.

Rebus itaque, ut dictum est, cum nomina primitus essent imposita, reuersus ad se animus imponentis ipsis nominibus uocabula indidit, per que sermonum doctrina procederet; dum eorum adminiculo alter in mentem alterius suum trahiceret intellectum. Ergo quod casualiter flectitur et temporis expers est, dictum est nomen substantiuum quidem, si substantiam significat aut substantiue; adiectiuum, si formaliter, ut sic dici liceat, id quod inest substantie uel aliquid ad imaginem eius. Quod autem motum significat b temporalem (ita tamen ut temporaliter) uerbum est appellatum; actiuum quidem, si eum ut in agente; passiuum, si ut in patiente significat. Ad similitudinem itaque dictionum prime impositionis earum que secundario processerunt facta est institutio; ut quemadmodum in illis, tam substantiuis quam adiectiuis, dicuntur quedam propria singulorum, alia plurium sunt sua ratione communia; ita quedam singulariter dicta, quedam accepta communiter inueniantur in istis. Quod enim *nomen* dicitur aut *enuntiatio*, ad substantiuorum accedit rationem; quod *appellatiuum* aut *cathegorica* premissis adnectuntur, adiectiue uirtutis explet officium, que substantiuorum determinat qualitatem. Verumtamen sicut in operibus nature subtilior c est speculatio eorum que insunt, utpote simplicium, quam eorum que compositio sensui ingerit aut intellectui; sic in adiectiuis secunde impositionis, si non adiciantur his quibus naturaliter addicta sunt, quid significent difficilius est intelligere; solidior est enim natura substantie quam uerborum; et accidentia eius quam eorum que sensui aut intellectui familiarius occurrunt. Adeo quidem, ut qui secunde impositionis adiectiua prime institutionis substantiuis applicant, aut nichil omnino dicant aut nugiloqui sint. Si enim *equus* dicatur *patronomicus*, aut *ypotetici sotulares*, iunctura incompetens est, prepediente quidem rationem intelligendi principali significatione uerborum, non aliqua d

20 cathegoricum A^1 22 Verumptamen A 28 que *om.* A

32 *sotulares*: i. e. calceamenta; v. Ducange s. v. *Subtalares*. Hinc gallice *souliers*.

discoherentia accidentium. Nam quod ad genus, numerum, et casum attinet, substantiuo satis coheret adiectiuum; sed principalia significata coniungere, non modo mentiri sed etiam nugari est. Reus acirologie Virgilius criminatur, dicens *gramineo in campo*, eo quod *graminoso in campo* dici oportuit; et plane magis reus esset et proculdubio longe nugatior, si dixisset *in campo cathegorico* uel *patronomico*. Dissoluit autem instantiam eorum qui ex solis nituntur accidentibus, in similitudine coherentibus sibi, probare quod non omnis consonans uocali subiuncta sillabam facit. Siquidem I et V consonantes subiuncte non
843 a magis proficiunt ad sillabam quam adiectiua secunde impositionis primis substantiuis apposita ad rectam et equimodam locutionem. Constat equidem duo esse peccata loquentium; alterum mentientis; alterum transgredientis positam locutionem; quod ad minus isti committunt. Prime et secunde persone pronomina uerbis inepte coniunguntur, nisi causa discretionis aut significantie, licet sibi satis congruant accidentia dictionum. Nugatorie autem dictionis rationem non hic ita coarto, ut idem frequenter dicere intelligatur; ut si substantiuo adiectiuum, quod in eo intelligitur, quis forte adiciat, quale est *homo rationalis ambulat*; sed ad omnem dicendi formam extenditur, ubi dictionum iunctura inutilis et quodammodo sue legis implende
b inefficax est. Sed nec inutilis est iunctura, licet falsi nota sit, et quod nunc explicat, nunc inuoluit. Lex enim gramatices mentiri non prohibet, etsi ea socientur, ex quibus nullus lingue peritiam habenti prouenit intellectus. Ex eo autem liquidius est, quia primis secundariorum competens non fit adiectio; quod si adiectiua equipollenter in alia resoluantur (ut si forte reddatur pro nominibus diffinitio) appositionem equipollentis termini nequaquam horrebit animus et ipsius adiectiui secunde impositionis formidabit auditum. Verbi gratia, *propositio predicatiua est*, hoc

21 *post* si *add.* in C 26 et *om.* BA 32 horebit B

4 *Reus acirologie* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 34 § 4; cf. Serv. ad Verg. *Aen.* v. 287.

equipollenter uidetur asserere, quod simpliciter, id est sine conditione aliqua, enuntiat, aut quod terminum habeat predicatum. Dicatur ergo, *tunica est cathegorica*, herebit c intellectus ob adiectionis incompetentiam, et forte citius de inepta dictionum iunctura causabitur quam mendacii reum arguat proponentem. Sin autem dicat, *tunica*, simpliciter, id est sine conditione *aliquid enuntiat*, aut *terminum habet predicatum*, statim falsum arguet auditor, nec tamen cito prosiliet ad causandas iuncture ineptias. Vtique cum dicitur *propositio cathegorica*, intelligitur *habens predicatum terminum et subiectum*; cum uero, *sillogismus cathegoricus*, significatur quoniam ex cathegoricis constat. *Equus cathegoricus* quid significet, ignotum habeo; sed interim credo quod nichil significat. Quod enim non inuenitur usquam, esse puto nusquam. Similis quoque abusio, si quis dicat *Equus desinit in S* et similia. Item: *Cato sedens* d *inter Ianiculum et Kalendas Martias uestes populi Romani quaternario aut senione resarcit* aut sermo non est aut quouis sermone nugatorio corruptior. Huiusmodi sermo quidem *stychyologus* dicitur, id est, *sermo inuersus*; eo quod aduersus loquendi leges coeunt uerba. Nam *sticos uersus*; unde *distichium* duorum uersuum carmen. Cum super hoc articulo multos conferentes et uaria sentientes audierim, non pigebit referre, nec forte audire displicebit quod a Greco interprete et qui Latinam linguam commode nouerat, dum in Apulia morarer, accepi; nam et ipsi uolo referre gratiam, etsi non utilitatis (que tamen in his aliqua est), saltem bone uoluntatis, qua auditoribus prodesse cupiebat. Primus ergo huius sententie aut opinionis articulus est, quem premisi; quod adiectiuorum secunde impositionis 844 a et substantiuorum prime coniunctio etiam secundum gramatices rationes inconsequens est. Habet autem nescio quid

---

10 categorica CA 20 stichyologus A

---

25 *Greco interprete*: cf. infra iii. 5 (902 d). 26 *in Apulia*: cf. infra iii. prol. *Apuliam secundo peragracie*; et *Policr.* vii. 19, vi. 24.

latentis *aphonie*, id est inconsonantie; uel (ut Quintiliani uerbo utar) *cacozugie*, id est male coniunctionis. Hec appositio, quam etsi nequeamus tam facile perspicuis rationibus condemnare, per se tamen displicet gramatico auditori. Talia quidem multa sunt, que statim offendunt, licet eorum improbatio longius absit. Quod forte in his euenit, quorum uirtus aut uitium perspicuum est. Vt multum parcat, hic gramatica *acirologiam* deprehendit et arguit. Illa enim non modo accidentium dissidentiam in dictionum iunctura
b causatur; sed secundarie inuentionis adiectionem in subiectis prime ducit absurdam. Et quidem ea ratione absurda est, quod ad iuncturam huiusmodi animus obsurdescit. Sed quis auditus recte examinat ea ad que surdus est? Nonne uox cassa est que in aurem surdam effunditur? Quia ergo intellectus, sicut anime manus, ita quodammodo auris est; nichil omnino ad uocem concepit, cuius rei intelligentiam absurditas preclusit. Attamen interdum absurdum ducitur, cuius est pro tempore insolens et infrequens usus, nec tamen usquequaque absurdum est; sicut mulier informis male quidem formata, non tamen omnino carens forma; et
c sicut in litteris quedam mute, non quod omnino nichil, sed quod aliarum respectu minimum sonent. Hec autem adiectio penitus quidem absurda est, non solum falso aut male sonans in aure audientis. Falsa enim non omnia absurda sunt, etsi ea ueri examinator reprobet et repellat. Absurda quoque dicuntur singula pro iudicio facultatum que dictorum factorumue qualitatem examinant. Gramatica enim absurdam habet incompetentem iuncturam dictionum; sed ad examinandi ueri iudicium non aspirat. Cesar in libro

4 condempnare A grammatico A 8 achyrologiam CB achirologiam A 10–11 substantiuis C 17 absurdum interdum A

1 *aphonie*: i. e. ἀσυμφωνίας; v. Prisc. *Inst.* viii. 1 § 4 (Keil *Gram. Lat.* ii. 371) *Inconsonantia quam Graeci* ἀσυμφωνίαν *uocant.* 2 *cacozugie*: Haud de *cacozygia* sed de *cacozelia* i. e. mala affectatione disputat Quint. *Inst. Or.* viii. 6 § 73: cf. viii. 3 §§ 56 seqq. 8 *acirologiam* v. supra 842 d (36. 4). 15 *intellectus, sicut anime manus*: v. supra c. 13, 840 b (32. 10). 18 *insolens et infrequens*: v. infra de Caesare in libro *de Analogia*. 19 *mulier informis* etc.: v. Prisc. *Inst.* i. 3 § 10 (Keil *Gram. Lat.* ii. 9). 29 *Cesar* etc.: v. Gell. i. 10 § 4; cf. *Policr.* viii. 10 (ii. 293. 22).

de Analogia gramaticus quidem est et euitandum esse denuntiat quicquid auditori perito potest esse absurdum; ut naute, inquit, scopulum fugiunt, sic fugiendum est infrequens atque insolens uerbum. Dialectica autem id dumtaxat d acceptat, quod uerum est aut uerisimile, et quicquid ab his longius dissidet ducit absurdum. Neque enim utilis aut honesti finem attendit; ciuilis autem scientia ista metitur, uersaturque in fine iusti, utilis aut honesti; et que a iure bono et equo longius absunt, uera aut falsa sint, eque abhorret; palam erit hoc et in ceteris disciplinis. Sed nunc Greci interpretis nostri procedat explanatio. *Homo est rationalis*: rebus existentibus ut nunc sunt, hec quodammodo necessaria est. *Homo est risibilis*: hec probabilis est. *Homo est albus*: hec quidem possibilis, dubia tamen, eo quod eque uera potest esse et falsa. *Homo est rudibilis*: hec quidem impossibilis est, ut omnino uera esse non possit. Nullam istarum gramaticus abhorret, quia ubique inuenit 845 a legem suam. Nichil istorum corrigit, nichil immutat; gratanter accipit omnia. Quartam corripit et redarguit logicus, eo quod sibi ueri falsique commissa est examinatio. Et ob hoc quidem, ei prebere aurem ducit absurdum. Modo premissis quintam adice. *Homo cathegoricus est*: hanc utique absurditatis damnat gramaticus, qui non modo dubiam, non modo falsam, sed etiam impossibilem admittebat. Quare, inquit? nisi quia non sequitur leges suas; perpetuo enim dicebat inhibitum hec adiectiua illis copulari subiectis.

Cap. 16. *Quod adiectiua prime impositionis substantiuis prime iunguntur.*

Non autem uice uersa adiectiua prime impositionis, b secunde institutionis nominibus adici impossibile aut inconsequens est. Natura enim copiosa est et ubertatis sue gratiam humane indigentie facit. Inde ergo est quod pro-

---

4 Dialetica A 15 homo est rudibilis . . . possit *desunt* CBA¹; *add.* A *marg.* 23 dampnat A grammaticus A 26 inibitum A 27 impositionis *om.* BA 30 imposibile B

prietas rerum redundat in uoces, dum ratio affectat sermones rebus de quibus loquitur esse cognatos. Dicitur ergo durus sermo aut mollis; uerbum asperum aut leue; nomen dulce aut amarum; cum hec tamen proprie corporum sint, non sermonum. Inueniuntur et plurima in hunc modum, quorum nichil absonum est aut falsi arguitur apud iudicem bone fidei uel auditorem; licet enim fides rationalis creature dumtaxat uirtus sit, sermo tamen fidelis dicitur, itemque fraudulentus, etsi non in ipso sed in homine esse
c fraudulentiam conuincatur. Solent enim naturalia, ut sic dixerim, transferri nomina ad explendam indigentiam rationalium, cum e contra, transsumptio rationalium ad naturalia in tam frequenti usu nequaquam uersetur. Fit autem translatio, nunc quidem necessitatis causa, nunc ornatus; sed, ut celebre est apud eruditos, que ornatus causa non fit, ab equiuocatione non est aliena. Quorum ergo necessaria est translatio, multis commode applicantur, et pro modo eorum que dicuntur accidentaliter predicari sensum plerumque mutant ad singula; nemo tamen coniunctionis incompetentiam reprehendit. Et licet impro-
d prius, id est translationis, sensus suo dictionis, id est quem a prima institutione habuerit, sic obtinente usu, sepe preualeat, si forte ad domesticum redeant sensum, utique aut nulla absurditas est, aut non tanta quantam arguimus, cum adiectiua uerborum eo trahuntur, ut rerum significent qualitatem. Ecce conuertibile in his ex usu optinet, que se predicatione mutua circumscribunt; ut in specie et diffinitione aut proprio. Item *finitum* et *infinitum* ad designandas eorum qualitates nomini adiciuntur et uerbo; sed, quoniam hec a rebus sumpta sunt, nequaquam absonum est, si uelut a peregrinatione domum redeant, ut res aliqua conuertibilis aut finita dicatur aut infinita. Similiter *uni-*

12 transumptio B A¹ quam C 17 comode B 21 sue *forsan habuerunt* C¹,

1–2 *sermones* etc.: v. Abael. in *Theol. Christiana* (*Opp.* ed. Cousin ii. 481, Migne *P. L.* clxxviii. 1245). 13–14 *Fit autem translatio* etc.: v. Cic. *de Orat.* iii. 38 § 155, Quintil. *Inst. Or.* viii. 6 §§ 5, 6.

uersale et *particulare*, licet in uerbis eorum uigeat appellatio, quam a rebus mutuata sunt (secunde enim impositionis non sunt), possunt sine absurditate rerum nominibus adie- 846 a
ctiuis coniungi. Et quidem que a rebus sumpta sunt, ad res redire possunt; sed que inuenta sunt ut uerborum indicent qualitatem, non ea commoditate uel usu deuocantur ut rerum indicent qualitatem. Videntur enim aliquid habere simile cum his generibus uerborum que Grece *syncategoremata* appellantur, eo quod, sicut illorum ab adiunctis aut est aut perpenditur significatio, sic ista, originis sue sociata sermonibus, suum commode excitant intellectum; alio uero traducta, uelut naturali uigore destituta, euanescunt uel absona sunt. Si enim dicatur *equus patronomicus*, ilico gramaticus auditor uel dicenti conuiciabitur, ut uerbi uitium purget aut ut multum loquenti deferat, serui comici utetur prouerbio: Bona uerba queso. Hec itaque supplicatio, nonne b
uitii quedam exprobatio est? Qui enim pro istis bona querit, hec bona esse proculdubio non consentit. Alioquin elegantius diceret: Meliora uerba queso. Profecto, si modum aut tempus quis querat in nomine, casum et comparationem in uerbo, eum quasi nugacem gramaticus castigabit; unde non opinor quod patientiam accommodet discipulo *equum patronomicum* appellanti. Adeo autem nature sue limitibus secunde impositionis adiectiua coartata sunt, ut non modo non queant ad rerum uocabula euagari, sed nec a quibus indita sunt longe recedere. Siquidem propositio recte dicitur *ypothetica*, nomen *patronomicum*. Si uicissim c
uertas, ut dicatur *ypotheticum nomen*, *propositio patronomica*, aut nichil utique dices, gramatico iudice, aut inepte loqueris. Preterea penes usum est summa examinandi ser-

---

3–4 adiectiue BA 4 sunt sumpta A^1 8–9 sincategoremata A
22 accomodet A

8–9 *syncategoremata*: v. Prisc. *Inst.* ii. 4 § 15 (Keil *Gram. Lat.* ii. 54). 15 *serui comici*: sc. Davi in Ter. *Andr.* 204 (i. 2. 33). 16 *Hec itaque supplicatio*, etc.: cf. Ter. *Andr.* 43, 44 (i. 1. 17, 18) *Nam istaec commemoratio Quasi exprobatio est immemoris benefici.*

monis auctoritas, neque eo non restituente conualescet quod ipse condemnat. Hinc est illud:

> Multa renascentur que iam cecidere, cadentque
> que nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus,
> quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.

Sicut enim in iure dicitur quod consuetudo optima legum interpres est; sic et usus recte loquentium est potentissimus interpres regularum. Vnde consequens arbitror quia id quod nusquam scriptum legitur, nec alicubi a recte loquentibus auditur, sed nec aliquid generis eius, aut pridem
d damnatum esse aut certe nondum a gramaticis approbatum. Sed nec prime inuentionis nomina uniuersa credo ad omnia commode posse transferri, etsi ad usum transumptionis sicut generaliora, ita commodiora sint. Sed quia frequens est aliquid extra regulam inueniri, erit fortasse aliter quam dictum sit alicubi inueniri; sed quod propositum est, usus obtinet. Nam et ea uicissitudo, que rerum est ad sermones sermonumque ad res, que sibi inuicem quasi collatione mutua suas proprietates attribuunt, translatiuis sermonibus quam his quos institutio secundaria promulgauit, frequen-
847 a tius explicatur. Regule enim uniuersitati fortasse casus derogat; sed nos usum loquimur. Hec itaque translationis uis, dum sermonibus quod rerum est et rebus quod sermonum est ascribit, quandam loquendi parit indifferentiam; que sicut compendio sui compositis ingeniis prodest, sic indiscreta confundit et prosternit, eisque totius ueritatis precludit intelligentiam. Necesse enim est ei, qui ad notitiam ueritatis aspirat, ut composito perpendat ingenio quid uelit dicere etiam qui balbutit; nam et is sepissime uerum dicit.

Cap. 17. *Quod et in poetica naturam imitatur.*

In aliis quoque naturam gramatica imitatur; precepta

2 condempnat A 13 transsumptionis A 17 optinet A 18 que] quas A^1, qua A^2

3 *Multa* etc.: Hor. *A. P.* 70–2. 6 *in iure dicitur* etc.: Dig. i. 3 § 37.

enim poetice, naturam morum patenter exprimunt, exiguntque ut artis opifex sequatur naturam.

> Format enim natura prius nos intus ad omnem
> fortunarum habitum; iuuat, aut impellit ad iram,
> aut in humum merore graui deducit et angit; b
> post effert animi motus interprete lingua.

Eo quidem hec, ut a nature uestigiis poeta non recedat, sed habitu et gestu, item uerbo, ei toto nisu studeat coherere:

> Si uis me flere, dolendum est
> primum ipsi tibi,

si gaudere, pregaudendum; alioquin

> male si mandata loqueris,
> aut dormitabo, aut ridebo.

Ad hec, non modo pedum aut temporum ibi ratio habenda est, sed etatum, locorum, temporum, aliorumque, que sigillatim referre ad rem presentem non attinet; cum omnia a nature officina proueniant. Adeo quidem assidet poetica c rebus naturalibus, ut eam plerique negauerint gramatice speciem esse, asserentes eam esse artem per se, nec magis ad gramaticam quam ad rethoricam pertinere, affinem tamen utrique, eo quod cum his habeat precepta communia. Rixentur super hoc qui uoluerint (non enim hanc protendo litem) sed omnium pace opinor ut sit hec ad gramaticam referenda, sicut ad matrem et altricem studii sui. Licet autem neutra illarum omnino naturalis sit, et ex maxima parte substantie sue hominem, qui eam inuenit, utraque laudet auctorem, natura tamen aliquid iuris sibi uendicat in utraque. Profecto aut poeticam gramatica obtinebit, aut poetica a numero liberalium disciplinarum d eliminabitur.

---

4 ad iram] aut iram CB^1A^1

---

3 *Format* etc.: Hor. *A. P.* 108–11. 9 *si uis* etc.: Hor. *A. P.* 102, 103. 11 *pregaudendum*: Hoc vocabulum, quod non exhibent Lexica, Ioannes ex tempore, ut videtur, composuit. 12 *male* etc: Hor. *A. P.* 104, 105.

Cap. 18. *Quid sequi doceat et quid uitare gramatica.*

Traditum quidem est gramaticam esse recte scribendi recteque loquendi scientiam. Recte quidem dicitur, ut uitium excludat, ut scilicet in scribendo sequatur orthographiam, in loquendo artis et usus auctoritatem. In eo autem orthographia, id est recta scriptura, consistit, ut queque littera suo ponatur loco, nec alterius usurpet officium aut deserat. Loqui autem est articulata et literata uoce suum interpretari intellectum. Nam quod dicitur:

848 a nutu signisque loquuntur,

a sermonis proprietate recedit. Recte quidem loqui est soloecismi et barbarismi uitium in sermone declinare. Est autem barbarismus corruptio dictionis non barbare, id est que Greca sit aut Latina. Si enim barbara dictione in nostro utamur eloquio, non barbarismus, sed barbarolexis est. Soloecismus autem est corruptio non quidem dictionis, sed constructionis, cum aduersus legem construendi incompetenter uerba iungantur. Fit autem dupliciter; aut per partes ipsius orationis, aut per accidentia partium. Per partes quidem, ut si alteram quis ponat, pro altera, puta prepositionem pro aduerbio, uel e contra; aut si in eadem parte genus unum uerborum quis pro altero ponat, puta secunde inuentionis pro eo quod prime esse oportuit. Per
b accidentia uero, ut per qualitates, genera, casus, numeros, et figuras. Similiter et in metro metaplasmus reperitur, qui fit in uno uerbo licentius urgente metri lege, sicut et barbarismus unius dictionis est in soluto eloquio. Dicitur autem metaplasmus quasi transformatio uel deformatio, eo

8 litterata BA 18 duppliciter A 25 repperitur A

2 *gramaticam* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 5. Edd. Arevalliana et Oxoniensis om. *scribendi recteque.* 6 *orthographia* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 27. 10 *nutu* etc.: Ov. *Met.* iv. 63. 14 *Si enim* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 32 § 2; cf. Donat. *Art. Gram.* ii. 18 (Keil *Gram. Lat.* iv. 392). 16 *Soloecismus* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 33 § 1; cf. Donat. *Art. Gram.* ii. 19 (Keil iv. 393). 18 *Fit autem*, etc.: v. Isid. *Etym.* i. 33 § 3; cf. Donat. loc. supra cit. 28 *metaplasmus* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 35 § 1; cf. Donat. *Art. Gram.* iii. 4 (Keil iv. 395).

quod quasi a iure suo dictionem transformat aut deformat. Sunt item scemata, que figure interpretantur in uerbis aut in sententiis, fiuntque per uarias dictionum formas ad eloquii uenustatem. Ergo barbarismus et metaplasmus in uerbis singulis deprehenduntur; soloecismus et scemata non in singulis, sed in plurium coniunctione fiunt. Cum autem tria sint, ars, uitium, et figura, notitiam singulorum necesse est habere gramaticum. Alioquin nec arte muniri, c nec uitia declinare, nec uenustates auctorum facile poterit imitari. Quod si eorum ignarus recte scribit aut loquitur, peritie eius adscribendum non est, eo quod casus agit uirtutis opus. Ars itaque est quasi strata publica, qua ire, ambulare, et agere, sine calumnia et concussione omnibus ius est. Vitium est omnibus deuium, ut qui in eo iter actumue exercet, aut precipitium subeat, aut calumniam et concussionem interpellantium patiatur. Figura uero medium tenet locum; et dum aliquatenus recedit ab utroque, non cadit in alterutrius rationem. Omnes itaque sequuntur artem, quia precipitur; declinant uitium, quia prohibetur; sed nonnulli figuris utuntur, quia permittitur. Nam inter d uitia, barbarismum scilicet et soloecismum, et artem, que uirtus eloquii est et norma, figure et scemata sunt; metaplasmus scilicet, si ratione peccetur in uerbo, scema, si ex causa probabili delictum sit in contextu uerborum. Est enim, teste Isidoro, figura uitium cum ratione, ideoque solis auctoribus auctorumque similibus, uiris scilicet eruditissimis, qui dicendorum tacendorumque nouerunt rationes, hec licentia indulgetur. Magnis, ut ait Cicero, et diuinis bonis hanc licentiam assecuti sunt et assecuntur. Non est leuis auctoritas personarum; omnia dicta uel facta laudem afferunt uel crimen auferunt, quam frustra affectat, nisi qui se in magnis bonis imitabilem prebet. Profecto hoc aliarum virtutum auctoritas meruit ut hec uitia maiorum dulcia sint

11 ascribendum BA 15 calumpniam A 25 isodoro B
27 rationes nouerunt C^1 33 hec uitia] etiam uicia BA

4 *Ergo barbarismus* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 35 § 7. 25 *Isidoro*: v *Etym.* i. 35 § 7. 28 *Cicero*: v. *de Off.* i. 41 § 148.

849 a et grata posteris. Vnde in secundo de Ordine Augustinus: Soloecismos et barbarismos quos uocant poete et quos adamauerunt, scemata et metaplasmos mutatis maluerunt appellare nominibus quam manifesta uitia declinare. Detrahe tamen ista carminibus, suauissima condimenta desiderabo. Transfer in liberam forensemque dictionem, quis non eam fugere, atque in theatra se condere iubebit? Congere multa in unum locum, totum acre putidum rancidum fastidibo. Ergo moderator rerum ordo ea nec ubilibet nec nusquam esse patietur; quibus interpositis alias iacens et uilis erigitur et illustratur oratio. Hec ille; ut a precepta constet auctoritate quam necessaria sit notitia eorum que
b doctioribus concessa, omnem fere latitudinem occupant scripturarum, ut qui proprie et figurate dicta itemque uitiosa non discernit, raro fidelem, numquam uero facilem eorum, que scripta sunt, intelligentiam assequatur.

Cap. 19. *Quod figurarum perutilis est cognitio.*

Disponit et tropos, id est, modos locutionum, ut cum a propria significatione ex causa probabili sermo ad non propriam trahitur significationem; qualis est metaphora, metonomia, et sinedoche, et similes, quas enumerare longum est. Sed et hi ad modum scematum priuilegiati sunt, et solis eruditissimis patet usus eorum; unde et lex eorum
c artior est, qua non permittuntur longius euagari. Regulariter enim proditum est, quia figuras extendere non licet. Si quis etiam in translationibus et figuris auctorum studiosior imitator est, caueat ne sit dura translatione figura inculta. Virtus enim sermonis optima est perspicuitas, et facilitas intelligendi; et scematum causa est necessitas aut ornatus. Nam sermo institutus est ut explicet intellectum;

15 nunquam A 17 est *om.* B 21 senodoche B

2 *Soloecismos* etc. usque ad *oratio*: Aug. *de Ordine* ii. 4 § 13 (Migne *P. L.* xxxii. 1000, 1001) cuius ipsa uerba non tamen ad litteram refert. 18 *tropos* etc.: v. Isid. *Etym.* i. 37. 28 *Virtus* etc.: v. Quintil. *Inst. Or.* i. 6 § 41.

et figure admisse, ut quod in eis ab arte dissidet, aliqua commoditate compensent. Horum autem maxime necessaria est cognitio, quia in omnibus que prepediunt intellectum tria solent pre ceteris accusari; hec autem sunt scemata, adiunctis tropis oratorum sophismata, que fallaciarum nube obducunt animos auditorum; et rationum diuersitas, que preiacet in animo dicentis et rectam intelligentie cognita parat uiam. Siquidem, ut Hilarius ait, intelligentia su- d menda est ex causis dicendi; alioquin etiam in scripturis canonicis rixabuntur patres, sibique erunt etiam Euangeliste contrarii, si iudex insulsus ad solam dictorum superficiem et non ad dicentium mentes aspiciat. Hoc itaque peruersi ingenii est et suum aspernantis profectum. Nonne Salomon, non modo in eodem libro et in eadem pagina, sed etiam continuis uersibus, dicit: Ne respondeas stulto secundum stulticiam suam, ne efficiaris ei similis; et responde stulto secundum stulticiam suam, ne sibi sapiens uideatur? Itaque regule sciende sunt, ut ad illas constet quid in sermone rectum sit, quid enorme; quia nisi ad regulam praua 850 a non corriges, nulloque studio ignotum precipitium declinabis. At in regulis uix aliquid utilius aut compendiosius dixerim ea parte artium que, dum figuras notat auctorum, uirtutes et uitia sermonum luculenter ostendit? Vnde miror quare tantopere a coetaneis nostris negligitur, cum utilissima sit et compendiosissima et fere ab omnibus scriptoribus huius artis diligentissime pertractata. Donatus, Seruius, Priscianus, Isidorus, Cassiodorus, Beda noster et alii quam-

5 fallatiarum que A^1 7–8 parat uiam cognita A^1 8 hylarius B 27 isodorus B

8 *Hilarius*: v. *de Trin.* iv. 14 (Migne *P. L.* x. 107); cf. infra iii. 2; et *Hist. Pontif.* c. 14 (ed. Poole p. 41). 15 *Ne respondeas* etc.: Prov. xxvi. 4, 5. 17 *uideatur*: *esse uideatur* Vulg. 22 *que, dum figuras* etc.: v. Quintil. *Inst. Or.* i. 5 §§ 1–54. 26 *Donatus*: v. *Art. Gram.* iii. 5, 6 (Keil *Gram. Lat.* iv. 397 seqq.). *Seruius*: v. *Comm. in Donatum* sub fin. (Keil *G. L.* iv. 447, 448). 27 *Priscianus*: v. *Inst.* xvii §§ 166 seqq. (Keil *Gram. Lat.* iii. 192 seqq.). *Isidorus*: v. *Etym.* ii. 21. *Cassiodorus*: v. Cassiod. *de Artibus Liberalibus* c. 1 (Migne *P. L.* lxx. 1153). *Beda*: v. Librum *de Schematibus et Tropis Sacrae Scripturae* (Migne *P. L.* xc. 175 seqq.).

plures eam singuli tractant, ut nisi ex negligentia ignota esse non possit. Quintilianus quoque hanc tradit, et tantis effert preconiis, ut sine hac nec nomen professionis dicat constare gramatico, et frustra ad artis peritiam aspirare.
b Verborum autem significatio diligentius excutienda est, et quid sermo quilibet in se, quid ab adiunctis in contextu possit, sollertius perscrutandum, ut sophismatum umbras, que uerum obnubilant, discutere possit. Dicendi autem ratio pensanda est ex circumstantia dictorum, ex qualitate persone, ex qualitate auditorum, ex loco et tempore, aliisque uario modo apud diligentem exploratorem considerandis. Si quis autem his diligenter institerit, que aduersus tria intellectus repagula proposita sunt, profectum suum in scriptis et dictis intelligendis et ipse mirabitur et aliis uenerabilis apparebit.

Cap. 20. *In quibus gramaticum oporteat occupari.*

Versatur et circa alia gramatice studium, et non modo
c litterarum, sillabarum, dictionumque naturam considerat, sed pedes in metris, accentus in sillabis, attendit, sed et figuras accentuum; ut scias cui sillabe grauis, acutus, aut circumflexus accentus innitatur. Sensus quoque distinguit posituris, id est figuris indicantibus ubi colon, ubi coma, ubi periodus, id est ubi subdistinctio aut media distinctio aut distinctio facienda sit. Quod quidem significantius interpretari possumus, ut sit colon membrum, coma articulus, periodus circuitus, qui sermonis sententiam claudit. Sed quidam, ut patentius sit, dicunt (an recte uiderint ipsi,) colon esse, ubi uulgariter punctum dicimus aut quendam spiritus tractum: coma, ubi quasi diuisione media partimur
d uersum; peryodum, que sermonis sensum cum integritate concludit. Sunt et note, que scripturarum distinguunt modos; ut deprehendatur quid in eis lucidum, quid obscurum, quid certum, quid dubium, et in hunc modum plurima.

20 aut *om.* A^1

2 *Quintilianus*: v. *Inst. Or.* i. 5 § 7. 17 *Versatur* etc.: Quae in hoc capitulo continentur ex Isidori *Etym.* i. 19, 20 extracta sunt.

Pars hec tamen artis iam ex maxima parte in desuetudinem abiit; adeo quidem ut studiosissimi litterarum merito querantur et fere lugeant rem utilissimam et tam ad res retinendas quam intelligendas efficacissimam maiorum nostrorum inuidia aut negligentia, artem dico deperisse notariam. Nec miretur quis tantam uim fuisse in notulis, cum et musici cantores paucis caracteribus multas acutarum et grauium differentias indicent uocum. Et ob hoc quidem caracteres illos musice claues dicunt. Si tamen 851 a tante scientie clauis fuit in notulis, mirum est nostros, licet plura scierint, non agnouisse maiores, aut tante scientie perditas esse claues. Seneca se artem comparande memorie traditurum facillime pollicetur; ut utinam innotuisset michi, sed quod eam tradiderit, omnino non recolo. Tullius in Rethoricis operam dedisse uisus est; sed similibus mei non multum prodest. Extant autem que discere uix sufficimus, sed minus curamus. Proficerent tamen plurimum regule analogiarum, ethimologiarum, glosematum, differentiarum; et que barbarismi, soloecismi, aliorumque uitandorum uitia monstrant; metaplasmi, scematumque et troporum licentiosas et ornatas edocent rationes, prosas aperiunt, metrorum leges edicunt, et exponunt causas, et qua ratione b uti oporteat in historiis aut narrationibus fabulosis. Si quis istorum diffinitiones figurasque desiderat, superiorum gramaticorum libros euoluat; quos si uniuersos ad manum habere non potest, exploret quid scitu dignum carpat a singulis. Quia, etsi non omnes ad omnia, quisque utilis inuenitur, ad multa Isidorus tamen et satis communis est et diligenti breuitate laudabilis, et si totus haberi non potest, ad instructionem legendorum plurimum confert ipsius memoriter uel hanc tenuisse particulam.

---

10 tanta CA^1 16 multum non C que autem B^1 18 enalogiarum CBA^1 25 euoluat libros B^1 27 omnis C^2

9 *claues*: Hoc uocabulum, quo hodierni musici alio sensu utantur, in hoc loco neumata sive notas musicas significat; v. Ducange s. v. *Nota*. 12 *Seneca*, &c.: Hoc de quodam docto homine a Cicerone narratur; *de Orat.* ii. 74 § 299; cf. *de Fin.* ii. 32 § 104. 14–15 *Tullius in Rethoricis*: v. *ad Herenn.* iii. 16 seqq.

Cap. 21. *Quantis uiris placuerit, et quod sine ea non magis quis philosophari potest quam si sit surdus aut mutus.*

c Patet ex his non circa unum gramaticam occupari, sed ad omnia que uerbo doceri possunt, ut eorum capax sit, animum preformare; unde quantum ei omnes alie disci- pline obnoxie sint, quisque consideret. Ad laudem suam referendum putant quidam nostrorum quod sine gramatica garriunt eamque credunt inutilem et palam culpant, gloriantes se ei operam non dedisse. At Marcus Tullius non oderat filium, a quo in epistolis, sicut apparet, gramaticam instantissime exigebat. Gaius Cesar de Analogia libros edidit, sciens sine ea neque ad philosophiam (in qua peritissimus erat) nec ad eloquentiam (in qua potentissimus) posse quempiam peruenire. Quintilianus eam commendat
d adeo ut dicat quia usus gramatices et amor lectionis non scolarum temporibus, sed uite spatio terminetur. Nam et intelligere docet et dicere; accentus regit, et ipsius uocis, qua utimur prout personis et rebus conuenit, usquequaque instrumenta componit. Nam et pronuntiationis lex alia metro, alia prose prescribitur. Siquidem alia melica, alia metrica, alia significatiua est. Sed ad musicam melica pertinet. Vnde et Cesar pretextatus egregio scomate lusit in quendam: Si legis, cantas; si cantas, male cantas. Eo spectat quod Marcianus in Nuptiis Mercurii et Philologie Gramaticam inducit cum scalpro et ferula et unguentaria pixide medicorum. Scalpro siquidem oris uitia purgat et
852 a infantium linguas, qui ad artem philosophie, ea prelactante cibante et ducente, ituri sunt, radit, dum erudit; et ne barbarismo, aut soloecismo balbutiant, in sermone preformat; peccantes autem castigat ferula; et unguento honestatis et utilitatis, que ex ea prouenit, patientium mitigat penam. Manum quoque ad recte scribendum reddit idoneam; acuit

7 grammatica A 31 utilitas A^2

9 *At Marcus Tullius* etc.: v. Quintil. *Inst. Or.* i. 7 § 34. 15 *usus* etc.: v. Quint. *Inst. Or.* i. 8 § 12. 22 *Cesar* etc.: v. Quint. *Inst. Or.* i. 8 § 2. 24 *Marcianus*: v. Mart. Cap. iii. § 223.

et uisum, ut ei partes littere densiores aut uelum multipliciter elaboratum obstare non possit. Aures aperit, et tam grauibus quam acutis, immo et cunctis uocibus reddit accommodas. Si ergo tantum utilitatis prestat, et clauis est omnium scripturarum et totius sermonis mater et arbitra, quis eam a philosophie liminibus arcebit, nisi qui intelligentiam eorum que dicuntur aut scripta sunt ad philosophandum credit esse superfluam. Vtique qui eam abiciunt b aut contemnunt, cecos et surdos philosophicis studiis faciunt aptiores, quam eos quibus nature gratia integri sensus uigorem contulit et conseruat.

Cap. 22. *Quod auctoritate Senece suum tueatur errorem.*

Magno tamen se Cornificius tuetur iudice, et erroris sui ⟨Senecam⟩ laudat auctorem. Qui quidem duabus de causis merito a pluribus commendatur. Multus enim est in laude uirtutis morumque doctrina; et comatico genere dicendi utens quod breuiter et succincte sententias colligit, ornatu uerborum splendet; ut eis displicere non possit, qui aut uirtutem amant aut eloquentiam. Nam, ut pace Quintiliani loquar (qui sic hominis ingenium laudat ut iudicium culpet, dicit- c que eum dulcibus uitiis habundasse, et magis placuisse pueris quam eruditis, et summas rerum minutissimis sententiis frangere, unde libri eius ab uno imperatorum appellati sunt arena sine calce), nullus inter gentiles ethicus inuenitur aut rarus, cuius uerbis aut sententiis in omni negotio commodius uti possis. Ad omnia enim suum aliquid confert. Sentit hic quod discipline liberales uirum bonum non faciunt. Ego ei consentio; et de aliis hoc ipsum arbitror. Scientia enim inflat, sed caritas sola uirum facit

4 accomodas A 9 contempnunt A 12 tenentur B, tuentur A 14 senecam *om.* CBA[1] 22 minutis A[1] 23–4 apellati C 24 ethicos B

16 *comatico genere dicendi*: Hier. *in Eccles. iii. 18* (Migne *P. L.* xxiii. 1042). 19 *Quintiliani*: v. *Inst. Or.* x. 1 §§ 125 seqq. De iudicio Quintiliani de Seneca cf. *Policr.* viii. 13. 23 *ab uno imperatorum*: sc. Caligula; v. Suet. *Cal.* 53. 27 *Sentit* etc.: v. Sen. *Ep.* 88 §§ 1, 2. 29 *Scientia* etc.: v. 1 Cor. viii. 1.

bonum. Deprimit artes, sed tamen a philosophia non reicit; neque enim soli philosophi boni uiri sunt. Gramaticus,
d inquit, circa curam sermonis uersatur; et ut longius euagetur, circa historias; ut longissime procedat, circa carmina. Hoc autem parum non est, sed plurimum prodest ad informationem uirtutis, que facit uirum bonum. Gloriatur Horatius se uirtutis causa relegisse Homerum,

> qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, pulchrius et melius Crisippo et Cantore dicit.

Poetas philosophorum cunas esse celebre est. Disciplinas liberales tante utilitatis esse tradit antiquitas, ut quicumque eas plene norint, libros omnes et quecunque scripta sunt, possint intelligere etiam sine doctore. Vt enim ait Quintilianus, non nocent he discipline per illas euntibus, sed circa illas herentibus.

853 a Cap. 23. *Que precipua sunt ad exercitium philosophie et uirtutis; et quod gramatica eorum est fundamentum.*

Precipua autem sunt ad totius philosophie et uirtutis exercitium, lectio, doctrina, meditatio, et assiduitas operis. Lectio uero scriptorum preiacentem habet materiam; doctrina et scriptis plerumque incumbit, et interdum ad non scripta progreditur, que tamen in archanis memorie recondita sunt aut in presentis rei intelligentia eminent. At meditatio etiam ad ignota protenditur et usque ad incomprehensibilia sepe seipsam erigit et tam manifesta rerum quam abdita rimatur. Quartum, operis scilicet assiduitas, etsi a preexistente cognitione formetur, scientiamque desideret, uias tamen parat intelligentie; eo quod intelle-
b ctus bonus est omnibus facientibus eum. Et precones ueritatis, ut scriptum est, adnuntiauerunt opera Dei et

9 Pulcrius A 16 preputia B 17 est eorum A 22 archiuis A^2 30 annuntiauerunt A

2 *Gramaticus* etc.: v. Sen. *Ep.* 88 § 3. 7 *Horatius*: v. *Ep.* i. 2, 1–4. *Homerum*: quem Seneca in *Ep.* 88 § 5 philosophum fuisse negat. *Cantore*: *Crantore* Hor. 13–14 *Quintilianus*: v. *Inst. Or.* i. 7 § 35. 28–29 *intellectus* etc.: Ps. cx. 10. 30 *adnuntiauerunt* etc.: Ps. lxiii. 10.

facta eius intellexerunt. Ceterum operationem cultumque uirtutis scientia naturaliter precedit, neque enim uirtus currit in incertum; aut in pugna, quam exercet cum uitiis, aerem uerberat, sed uidet quo tendit, et in quo dirigit arcum. Nec passim coruos sequitur testaque lutoque. At lectio, doctrina, et meditatio scientiam pariunt. Vnde constat quod gramatica, que istorum fundamentum est et radix, quodammodo sementem iacit quasi in sulcis nature, gratia tamen preeunte, que, si ei cooperatrix quoque affuerit, c in solide uirtutis robur coalescit, et crescit multipliciter, ut boni operis fructum faciat, unde boni uiri et nominantur et sunt. Sola tamen gratia, que et uelle bonum et perficere operatur, uirum bonum facit, et pre ceteris omnibus recte scribendi et recte loquendi, quibus datum est, facultatem impertitur, artesque ministrat uarias et, cum se indigentibus benigne offert, contempni non debet. Si enim contempnitur, iuste recedit, nec contemptori relinquitur conquestionis locus.

Cap. 24. *De usu legendi et prelegendi; et consuetudine Bernardi Carnotensis et sequacium ejus.*

Qui ergo ad philosophiam aspirat, apprehendat lectionem, doctrinam, et meditationem, cum exercitio boni operis, nequando irascatur Dominus, et quod uidebatur habere, d auferatur ab eo. Sed quia legendi uerbum equiuocum est, tam ad docentis et discentis exercitium quam ad occupationem per se scrutantis scripturas; alterum, id est quod inter doctorem et discipulum communicatur, (ut uerbo utamur Quintiliani) dicatur prelectio, alterum quod ad

1 f. e. A 9 *post* quoque *add.* gratia C^1A^2 11 uiri boni A^1 et *ante* nominantur *om.* BA

3 *currit* etc.: v. 1 Cor. ix. 26. 4 *sed uidet* etc.: v. Pers. *Sat.* iii. 60, 61. 12 *et uelle* etc.: v. Philipp. ii. 13. 23 *quod uidebatur* etc.: v. Matt. xxv. 29. 28 *Quintiliani*: v. *Inst. Or.* ii. 5 § 4. De usu Quintiliani a Ioanne nostro habito vide v. d. F. H. Colson in prolegomenis suae editioni libri primi *Institutionis Oratoriae* praefixis pp. l, lxiii, xcii, 168.

scrutinium meditantis accedit, lectio simpliciter appelletur. Ergo, ab auctoritate eiusdem Quintiliani, in prelegendo gramaticus et illa quidem minora prestare debebit, ut partes orationis reddi sibi soluto uersu desideret, et pedum proprietates que debent in carminibus note esse. Deprehendat que barbara, que impropria aut alias contra legem loquendi composita. Non tamen ut poetas improbet, quibus
854 a ob metri necessitatem adeo ignoscitur, ut uitia uirtutum nomine censeantur; laudem enim uirtutis plerumque occupat necessitatis improbitas, cui sine dispendio negari non potest assensus. Metaplasmum, scematismumque, et oratorios tropos, multiplicitatem dictionum, cum affuerint, et diuersas sic uel sic dicendi rationes ostendat et crebris commonitionibus agat in memoriam auditorum. Auctores excutiat, et sine intuentium risu eos plumis spoliet, quas (ad modum cornicule) ex uariis disciplinis, ut color aptior sit, suis operibus indiderunt. Quantum pluribus disciplinis et habundantius quisque imbutus fuerit, tanto elegantiam auctorum plenius intuebitur planiusque docebit. Illi enim
b per diacrisim, quam nos illustrationem siue picturationem possumus appellare, cum rudem materiam historie aut argumenti aut fabule aliamue quamlibet suscepissent, eam tanta disciplinarum copia et tanta compositionis et condimenti gratia excolebant, ut opus consummatum omnium artium quodammodo uideretur imago. Siquidem Gramatica Poeticaque se totas infundunt, et eius quod exponitur totam superficiem occupant. Huic, ut dici solet, campo Logica, probandi colores afferens, suas immittit rationes in fulgore auri; et Rethorica in locis persuasionum et nitore eloquii candorem argenteum emulatur. Mathematica quadruuii sui

18 abundantius CBA²

2 *eiusdem Quintiliani*: v. *Inst. Or.* i. 8 §§ 13 seqq. 15 *sine intuentium risu* etc.: Ad. Hor. *Ep.* i. 3. 18–20 respicit. 20 *diacrisim*: Forsan διατύπωσις; v. Mart. Cap. v. § 524; cf. Cassiod. *in Ps. xxx. 11, xc. 1, cxxv. 4.* (Migne *P. L.* lxx. 210, 650, 925). *illustrationem*: cf. Quintil. *Inst. Or.* vi. 2 § 32. *picturationem*: Hoc vocabulum non exhibent Lexica.

rotis uehitur, aliarumque uestigiis insistens, colores et uenustates suas multiplici uarietate contexit. Phisica, c exploratis nature consiliis, de promptuario suo affert multiplicem colorum uenustatem. Illa autem que ceteris philosophie partibus preminet, Ethicam dico, sine qua nec philosophi subsistit nomen, collati decoris gratia omnes alias antecedit. Excute Virgilium aut Lucanum, et ibi cuiuscunque philosophie professor sis, eiusdem inuenies condituram. Ergo pro capacitate discentis aut docentis industria et diligentia, constat fructus prelectionis auctorum. Sequebatur hunc morem Bernardus Carnotensis, exundantissimus modernis temporibus fons litterarum in Gallia, et in auctorum lectione quid simplex esset et ad imaginem regule positum ostendebat; figuras gramatice, colores rethoricos, cauillationes sophismatum, et qua parte d sui proposite lectionis articulus respiciebat ad alias disciplinas, proponebat in medio; ita tamen ut non in singulis uniuersa doceret, sed pro capacitate audientium dispensaret eis in tempore doctrine mensuram. Et, quia splendor orationis aut a proprietate est, id est, cum adiectiuum aut uerbum substantiuo eleganter adiungitur, aut a translatione, id est, ubi sermo ex causa probabili ad alienam traducitur significationem, hec sumpta occasione inculcabat mentibus auditorum. Et quoniam memoria exercitio firmatur, ingeniumque acuitur ad imitandum ea que audiebant, alios admonitionibus, alios flagellis et penis urgebat. Cogebantur exsoluere singuli die sequenti aliquid eorum que precedenti audierant; alii plus, alii minus; erat 855 a enim apud eos precedentis discipulus sequens dies. Vespertinum exercitium, quod declinatio dicebatur, tanta copiositate gramatice refertum erat, ut siquis in eo per annum integrum uersaretur, rationem loquendi et scribendi, si non

12 temporibus modernis C^1

11 *Bernardus Carnotensis*: De illo vide supra ad c. 5. Cf. Clerval *Les Écoles de Chartres au moyen âge* pp. 158 seqq. 30 *quod declinatio dicebatur*: quia tum, die iam ad vesperum declinante, de nominum et verborum declinatione i. e. flexione grammatica tractabatur.

esset hebetior, haberet ad manum, et significationem sermonum, qui in communi usu uersantur, ignorare non posset. Sed quia nec scolam nec diem aliquem decet esse religionis expertem, ea proponebatur materia que fidem edificaret et mores, et unde qui conuenerant, quasi collatione quadam, animarentur ad bonum. Nouissimus autem huius declinationis, immo philosophice collationis, articulus pietatis uestigia preferebat; et animas defunctorum commendabat
b deuota oblatione psalmi qui in penitentialibus sextus est et in oratione Dominica Redemptori suo. Quibus autem indicebantur preexercitamina puerorum in prosis, aut poematibus imitandis poetas aut oratores proponebat, et eorum iubebat uestigia imitari, ostendens iuncturas dictionum et elegantes sermonum clausulas. Si quis autem ad splendorem sui operis alienum pannum assuerat, deprehensum redarguebat furtum; sed penam sepissime non infligebat. Sic uero redargutum, si hoc tamen meruerat inepta positio ad exprimendam auctorum imaginem, modesta indulgentia conscendere iubebat, faciebatque, ut qui maiores imitabatur,
c fieret posteris imitandus. Id quoque inter prima rudimenta docebat et infigebat animis, que in economia uirtus; que in decore rerum, que in uerbis laudanda sint; ubi tenuitas et quasi macies sermonis, ubi copia probabilis, ubi excedens, ubi omnium modus. Historias, poemata percurrenda monebat diligenter quidem et qui uelut nullis calcaribus urgebantur ad fugam; et ex singulis aliquid reconditum in memoria, diurnum debitum diligenti instantia exigebat. Superflua tamen fugienda dicebat; et ea sufficere que a claris auctoribus scripta sunt: siquidem persequi quid quis unquam uel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimie

17 tamen hoc A^1

5 *collatione*: *Collatio*, ut ait Du Cange, *apud Monachos praesertim, dicitur Sacrorum librorum lectio, quae statis horis, maxime post coenam, coram iis fiebat.* Cf. *Reg. S. Bened.* c. 42. 9 *psalmi qui in penitentialibus sextus est*: videlicet Ps. cxxix *De profundis clamaui.* 11 *preexercitamina*: sive *praeexercitamenta*; Graece προγυμνάσματα; v. Prisc. *de figuris numerorum* in praef. (Keil *Gram. Lat.* iii. 405. 12). 15 *pannum*: v. Hor. *A. P.* 16, Matt. ix. 16.

miserie, aut inanis iactantie est, et detinet atque obruit ingenia, melius aliis uacatura; quod autem melius tollit, eo usque non prodest, quod nec boni censetur nomine; omnes enim d cedas excutere et euoluere scripturas, etiam lectione indignas, non magis ad rem pertinet quam anilibus fabulis operam dare. Vt enim ait Augustinus in libro de Ordine: Quis ferat imperitum uideri hominem qui uolasse Dedalum non audierit; mendacem illum qui dixerit, stultum qui crediderit, impudentem qui interrogauerit, non uideri? Aut in quo nostros familiares grauiter miserari soleo, qui si non responderint quid uocata sit mater Euriali, accusantur inscitie; cum ipsi eos, a quibus interrogantur, uanos ineptos et curiosos non audeant appellare. Hec quidem ille eleganter et uere. Vnde inter uirtutes gramatici merito reputatum est ab antiquis, aliqua ignorare. Et quia in toto 856 a preexercitamine erudiendorum nichil utilius est quam ei quod fieri ex arte oportet assuescere, prosas et poemata cotidie scriptitabant, et se mutuis exercebant collationibus, quo quidem exercitio nichil utilius ad eloquentiam, nichil expeditius ad scientiam, et plurimum confert ad uitam, si tamen hanc sedulitatem regit caritas, si in profectu litteratorio seruetur humilitas. Non est enim eiusdem hominis litteris et carnalibus uitiis inseruire. Ad huius magistri formam preceptores mei in gramatica, Willelmus de Conchis et Ricardus, cognomento Episcopus, officio nunc archidiaconus Constantiensis, uita et conuersatione uir bonus, suos discipulos aliquandiu informauerunt. Sed postmodum, ex quo opinio ueritati preiudicium fecit, et

4 scedas A^2 18 cottidie A 27 aliquamdiu A

6 *in libro de Ordine*: ii. 12 § 37 (Migne *P. L.* xxxii. 1012, 1013). 16 *preexercitamine*: v. supra. 18 *collationibus*: i. e. comparationibus; non enim hic de collationibus monachorum agitur, quibus supra uespertinum exercitium in schola Carnotensi habitum contulerat. 22 *Non est enim* etc.: v. Hier. *Ep.* cxxv § 11 (Migne *P. L.* xxii. 1078) *Ama scientiam scripturarum et carnis uitia non amabis*: cf. *Policr.* vii. 10 (ed. nostrae t. ii p. 134). 24–25 *Willelmus de Conchis*: supra ad c. 5. *Ricardus cognomento Episcopus*: v. Clerval *Les Écoles de Chartres* pp. 182 seq. Episcopus Abrincensis consecratus est a. 1171; obiit a. 1182.

b homines uideri quam esse philosophi maluerunt, professoresque artium se totam philosophiam breuius quam triennio aut biennio transfusuros auditoribus pollicebantur, impetu multitudinis imperite uicti, cesserunt. Exinde autem minus temporis et diligentie in gramatice studio impensum est. Ex quo contigit ut qui omnes artes tam liberales quam mecanicas profitentur, nec primam nouerint, sine qua frustra quis progredietur ad reliquas. Licet autem et alie discipline ad litteraturam proficiant, hec tamen priuilegio singulari facere dicitur litteratum. Siquidem Romulus eam litteraturam, Varro uero litterationem appellat; et professor eius siue assertor dicitur litteratus. Antiquitus c tamen uocabatur litterator iuxta illud Catulli: Munus dat tibi Silla litterator. Vnde probabile est quod contemptor gramatice non modo litterator non est, sed nec litteratus dici debet.

Cap. 25. *Breuis clausula de laude gramatice.*

Sed quia isti hesterni pueri, magistri hodierni, heri uapulantes in ferula, hodie stolati docentes in cathedra, ex ignorantia aliarum arguunt gramaticam commendari, quid de laude eius inueniatur in libro de Institutione Oratoris, audiant patienter et, si placet, innocentibus gramaticis d parcant. Ait ergo: Ne quis tamquam parua fastidiat gramatices elementa; non quia magne sit opere discernere a uocalibus consonantes, easque ipsas in semiuocalium numerum mutarumque partiri, sed quia interiora uelut sacri huius adeuntibus apparebit rerum multa subtilitas,

7 mechanicas C 24 gramatice A

4 *cesserunt*: sc. schola. Vide R. L. Poole, *Medieval Thought*, App. vii, p. 311. 10 *Romulus*: v. Mart. Cap. iii § 229 ubi Romulus pro Romanis dicitur. 11 *Varro* etc.: v. Aug. *de Ordine* ii. 12 § 35 (Migne *P. L.* xxxii. 1012), Isid. *Etym.* i. 3 § 1. 13 *Catulli*: xiv. 9; quem citat (ut ait R. Ellis ad loc.) ex Mart. Cap. iii § 229. 23 *Ne quis* etc.: Quintil. *Inst. Or.* i. 4 § 6. 24 *elementa*: De omissione vocabulorum *de litteris* quae per errorem post *elementa* addunt Quintiliani codices praeter Pratensem, Puteanum, Joannensem omnes, v. Fierville ad loc., qui etiam Ioannem de uera lectione testem citat: cf. F. H. Colson ad loc. et in proleg. p. xcii.

que non modo acuere ingenia puerilia sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit. Quo minus ferendi sunt qui hanc artem ut tenuem atque ieiunam cauillantur. Que, nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet. Hec est igitur liberalium artium prima, necessaria pueris, iocunda senibus, dulcis secretorum comes; et que sola in omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis.

EXPLICIT LIBER I.

4 oratori C

2 *Quo minus* etc.: Quintil. *Ins. Or.* i. 4 § 5. 5–6 *Hec est igitur liberalium artium prima*: Haec vocabula, quibus Quintiliani locum interpolat Ioannes, sensum eiusdem libri 3 § 18, 4 § 1 exprimunt. 9 Explicit Liber primus CBA.

Superioris libri serie satis arbitror expeditum gramaticam non esse inutilem ; et quod sine illa non modo eloquentia perfecta non constat, sed nec ad alias philosophie professiones eo tendentibus aliqua patet uia ; pro ea quoque mitius interpretandum est, eo quod non modo nature obnoxia subiacet, sed uoluntati hominum adquiescit. Nam et leges ciuium ab humana constitutione plerumque uigorem sumunt ; et quod publice utilitati creditur expedire, naturali iusticie coequatur. Nondum tamen absoluta est logica, quam, etsi mutilus sit et amplius mutilandus, Cornificius, parietem solidum cecati more palpans, impudenter attemptat
b et impudentius criminatur. Vtique ueritatis amatori non placent iurgia, et ultro, nedum sponte, se subtrahit contentioni quisquis amplectitur caritatem. Sit aut non sit gramatica pars logices, non contendo ; constat enim quod in sermonibus uertitur eosque ministrat, etsi non omnes sermonum examinet rationes. Tu uero cui de re constat, de nomine iudicabis, eamque cunctis applicabis sermonibus ; aut circa rationum dumtaxat instantiam coartabis. Non formido iudicium qui et de equitate cause et iudicis peritia et sinceritate confido. Despiciamus ergo an rationalis utilis sit, et uires eius reluctante emulo metiamur. In quo quidem tanto minus laboris meo incumbit officio, quanto fauorem suum etiam citra persuasionem facilius impendit auditor. Omnes enim se esse logicos gloriantur, non modo qui scientiam aliquibus subarrauerunt blanditiis, sed et
c illi qui eam nondum salutauerunt a limine.

Cap. 1. *Quod logica, eo quod uerum querit, ad totam proficit philosophiam.*

Vt itaque nominis significatio contrahatur, logica est ratio disserendi, per quam totius prudentie agitatio solida-

1 Incipiunt Capitula Libri Secundi *et post Capitula*, Incipit Liber Secundus CA Expliciunt capitula. Incipit liber Secundus B
11 et] sed A 22 Dispiciamus A^2

28 *salutauerunt a limine* : v. Sen. *Ep.* 49 § 6. 32 *ratio disserendi* : v. Cic. *Orat.* ii. 38 § 157.

tur. Cum enim omnium expetibilium prima sit sapientia, ipsiusque fructus in amore boni et uirtutum cultu consistat, mentem necesse est in illius inuestigatione uersari et res plena inquisitione discutere, ut ei de singulis esse possit purum incorruptumque iudicium. Constat ergo exercitatio eius in scrutinio ueritatis, que, sicut Cicero in libro de Officiis auctor est, materia est uirtutis primitiue, quam prudentiam uocant; reliquis enim tribus utilitates necessitatesque d subiecte sunt. Prudentia uero tota consistit in perspicientia ueri et quadam sollertia illud examinandi; porro iustitia illud amplectitur, fortitudo tuetur, temperantia uirtutum precedentium exercitia moderatur. Unde libet prudentiam uirtutum omnium esse radicem; que si precidatur, cetere, uelut rami nature beneficio destituti, marcida quadam ariditate euanescunt. Quis enim amplectetur aut colet 858 a quod ignorat? At ueritas materia est prudentie et uirtutum fons; quam qui plene nouerit, sapiens est, qui amauerit, bonus, et beatus qui tenuerit eam. Vnde nostrorum doctissimus poetarum, uite beate monstrans originem, ait:

> Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
> atque metus omnes et inexorabile fatum
> subiecit pedibus strepitumque Acherontis auari.

Et alius fide et notitia ueritatis prestantior:

> Felix qui potuit boni
> Fontem uisere lucidum;
> Felix qui potuit grauis
> Terre soluere uincula; b

ac si aliis uerbis dicant, sed eodem sensu: Felix cui rerum collata est intelligentia; quia quo familiarius fluida et ad momentum transeuntia innotescunt, eo amplius apud mentem sui compotem peritura uilescunt; nec iugo premitur

15 amplectitur B 17 amauit C 22 auari acherontis A^1

1 *omnium expetibilium* etc.: cf. 2 Paral. i. 11, 12. 6 *Cicero in libro de Officiis* etc.: v. *de Off.* i. 5 §§ 15–17. 18 *beatus qui tenuerit eam*: Prov. iii. 18. *nostrorum doctissimus poetarum*: sc. Vergilius. 20 *Felix* etc.: Verg. *Georg.* ii. 490–2. 23 *alius*: sc. Boethius. *fide* etc.: quippe qui Christianus esset. 24 *Felix* etc.: *Cons. Phil.* iii. 12 metr. 1–4.

uitiorum quem de seruitute ueritas in libertatem uendicat et educit. Impossibile enim est ut diligat et colat uanitatem, quisquis ex toto corde querit et amplectitur ueritatem.

Cap. 2. *De secta Peripatheticorum, et ortu logices, et eius auctore.*

Peripatheticorum hinc orta est secta, que in cognitione ueri summum bonum uite humane esse constituit. Omnium ergo rerum naturas scrutati sunt, ut scirent quid in omnibus rebus fugiendum tanquam malum, quid contemnendum tanquam non bonum, quid petendum ut simpliciter bonum,
c quid preferendum ut maius bonum, quid ex casu boni nomen sortiatur aut mali. Nate sunt ergo due partes philosophie, naturalis et moralis, que aliis nominibus ethica et phisica appellantur. Sed quia per imperitiam disserendi multa inconuenientia colligebant, sicuti Epicurus, qui ex athomis et inani mundum sine auctore Deo constituit, et Stoici, qui materiam Deo fingebant coeternam, et omnia peccata equalia; necesse fuit inuestigari et promulgari scientiam que discretionem faceret uocum et intellectuum et fallaciarum nubeculas dissiparet. Et hic quidem, sicut Boetius in commento secundo super Porphirium asserit, est ortus logice discipline. Oportuit enim esse scientiam
d que uerum a falso discerneret et doceret que ratiocinatio ueram teneat semitam disputandi, que uerisimilem, et que fida sit, et que debeat esse suspecta; alioquin ueritas per ratiocinantis operam non poterat inueniri. Et licet

---

5 *In indice cod. B huic capitulo assignatur per errorem numerus iii, unde per consequentiam posteriorum etiam capitulorum turbata est notatio.* perhipateticorum A logice BA 7 Perypatheticorum CBA 9–10 rebus omnibus B contemnendum BA 16 epycurus CBA 18 stoyci A

---

1 *quem de seruitute* etc.: cf. Ioann. viii. 32. 3 *uanitatem* etc.: Sic vanitatem veritati opponit Aug. *Enarr. in Ps. cxviii. 37* (Migne *P. L.* xxxvii. 1531). 22 *Boetius* etc.: Videtur ad Boeth. *in Porphyr. Comment.* 1 respicere (Migne *P. L.* lxiv. 71 seqq.). *secundo*: Primum commentum est cui titulus in edd. est *In Porphyrium Dialogi.*

Parmenides Egiptius in rupe uitam egerit, ut rationes logice inueniret, tot et tantos studii habuit successores ut ei inuentionis sue totam fere preripuerint gloriam. Tradunt ergo Apuleius, Augustinus, et Isidorus quod Plato philosophiam perfecisse laudatur, phisice, quam Pithagoras, et 859 a ethice, quam Socrates plene docuerat, adiciens logicam, per quam discussis rerum morumque causis uim panderet rationum; non tamen hanc in artis redegit peritiam; preerat tamen usus et exercitatio, que, sicut in aliis, ita et hic precepta antecessit. Deinde Aristotiles artis regulas deprehendit et tradidit. Hic est Peripatheticorum princeps, quem ars ista precipuum laudat auctorem, et qui alias disciplinas communes habet cum auctoribus suis, sed hanc suo iure uendicans a possessione illius exclusit ceteros. Et licet alibi de eo plenius scripserim, nequaquam hic silendum credidi, quod de eo dicat Quintilianus: Quid Aristotilem memorem, quem scientia rerum dubito an scriptorum copia b an loquendi usu an suauitate eloquii an inuentionum acumine an uarietate operum clariorem putem?

---

1 egyptius B 4 ysidorus A 5 pitagoras AB 6 docuerant B 18 eloquendi A^2

---

1 *Parmenides* etc.: v. Hug. de S. Victore *Erud. Didasc.* iii. 2 (Migne, *P. L.* clxxvi. 767). *In ea* (sc. Aegypto) *quoque dialectica primum inuenta est a Parmenide, qui, ciuitates et coetus hominum fugiens, in rupe considit non modico tempore sicque dialecticam excogitauit, unde et rupes Parmenides appellata est*; et ibid. iii. 15 *Parmenides philosophus xv annis in rupe Aegyptia considit.* Fabula ista ex loco Mart. Cap. iv § 330 male intellecto orta esse uidetur, ubi ait: *Haec* (sc. Dialectica) *se educatam dicebat Aegyptiorum rupe atque in Parmenidis exinde gymnasium et Atticam demeasse.* Cf. W. Burley *de uita et moribus philosophorum* c. 49 qui non *rupem Aegyptiorum* sed *rupem Caucasi montis* Parmenidem conscendisse narrat, *unde et logicam inuenisse dicitur.* 4 *Apuleius*: v. *de Dogm. Plat.* i. 3 § 187. *Augustinus*: v. *de C. D.* viii. 4. *Isidorus*: v. *Etym.* ii. 24. 15 *alibi*: v. infra in libro iv. 16 *Quintilianus*: *Inst. Or.* x. 1 § 83. Notandum est haec e loco Quintiliani (x. 1 §§ 47–107) extracta esse qui in MSS. fere omnibus, quae apud Gallos Italos Hispanos a saec. viii° usque ad saec. xv° exstabant, omnino deest. Hoc mihi notum fecit v. d. F. H. Colson. Vide C. H. Fierville in ed. lib. I, p. xvi, et ipsum F. H. Colson in prolegomenis ad *Inst. Or.* lib. I. p. lxii. 18 *loquendi*: *eloquendi* Quint.

Cap. 3. *Quod logica philosophantibus prelegenda est, et de differentia demonstrative itemque probabilis logice, et sophistice.*

Videntes itaque Peripathetici, quod opus in usum, usus transire potest in artem, quod uagum fuerat et licentiosum, certis regulis subiecerunt, excludentes mendacia, supplentes imperfecta, resecantes superflua, et in omnibus precepta congrua prescribentes. Profecta igitur hinc est et sic perfecta scientia disserendi; que disputandi modos et rationes probationum aperit, procedentibus uiam parat, qua
c quid in dictis uerum, quid falsum, quid necessarium, quid impossibile sit, innotescit; aliis philosophicis disciplinis posterior tempore, sed ordine prima. Inchoantibus enim philosophiam prelegenda est, eo quod uocum et intellectuum interpres est, sine quibus nullus philosophie articulus recte procedit in lucem. Qui uero sine logica philosophiam doceri putat, idem a sapientie cultu omnium rerum exterminet rationes, quoniam eis logica presidet. Ut diuertamus ad fabulas, Fronesim sororem Alicie, nec sterilem reputauit antiquitas, sed eggregiam eius sobolem castis Mercurii iunxit amplexibus; est enim soror ueritatis prudentia, et amorem rationis et scientie per eloquentiam fecundat et illustrat. Siquidem hoc est Philologiam Mercurio copulari; pro eo namque
d logica dicta est, quod rationalis, id est rationum ministratoria et examinatrix est. Diuisit eam Plato in dialecticam et rethoricam; sed qui efficaciam eius altius metiuntur, ei plura attribuunt. Siquidem ei demonstratiua, probabilis, et sophistica subiciuntur, sed demonstratiua a disciplinalibus uiget principiis et ad eorum consecutiua progreditur,

10 qua *om.* BA 19 alitie A alathie B

12 *aliis* etc.: Hugon. de S. Vittore *Erud. Did.* vi. 14 (Migne *P.L.* clxxvi. 809); v. Prantl, *Gesch. der Logik* ii. p. 238. 19 *Fronesim* etc.: v. Theoduli *Eclog.* v. 335 (ed. Osternacher p. 53) *Obsecro te Fronesi, iubeas tacere sorori*, i. e. Aliciae s. Alithiae. *Alicie*: i. e. Alethiae sive Veritatis. 20 *sobolem*: sc. Philologiam; v. Mart. Cap. ii § 114. 24–25 *ministratoria*: Hoc vocabulum habet Martialis *Epigr.* xiv. 105 in lemmate. 25 *Diuisit* etc.: Quo auctore hoc de Platone asserat, nescio. 26 *qui efficaciam* etc.: Cum iis quae sequuntur cf. Boet. *de Diff. Top.* iv. (Migne *P. L.* lxiv. 205 seqq.); v. Prantl. loc. supra cit.

necessitate gaudet, et quid cui uideatur, dum tamen ita esse oporteat, non multum attendit. Decet hoc philosophicam recte docentium maiestatem, que suo citra auditorum assensum roboratur arbitrio. Probabilis autem uersatur in his que uidentur omnibus aut pluribus aut sapientibus ; et his uel omnibus uel pluribus uel maxime notis et probabilibus aut consecutiuis eorum. Hec quidem dialecticam et 860 a rethoricam continet ; quoniam dialecticus et orator persuadere nitentes, alter aduersario, alter iudici, non multum referre arbitrantur, uera an falsa sint argumenta eorum, dummodo ueri similitudinem teneant. At sophistica, que apparens et non existens sapientia est, probabilitatis aut necessitatis affectat imaginem ; parum curans quid sit hoc aut illud, dum phantasticis imaginibus et uelut umbris fallacibus inuoluat eum cum quo sermo conseritur. Profecto, quam pre ceteris omnes ambiunt, sed pauci meo iudicio assequuntur, dialectica est, que nec ad docentium aspirat grauitatem, nec undis ciuilibus mergitur, nec seducit fallaciis, sed prompta et mediocri probabilitate uerum examinat. b

Cap. 4. *Quid dialectica, et unde dicatur.*

Est autem dialectica, ut Augustino placet, bene disputandi scientia ; quod quidem ita accipiendum est, ut uis habeatur in uerbis ; ne scilicet dialectici credantur quos casus iuuat artis beneficio destitutos. Item non bene disputat qui id quod intendit uere et probabiliter, nequaquam probat. Pace dixerim demonstratoris et sophiste, quorum neuter bene procedit ad propositum dialectici, si alter probabilitatem non habet, alter deserit ueritatem ; uterque tamen, si suum metiatur officium, bene probat, dum non omittit quicquam ex contingentibus sue facultatis. Est autem disputare, aliquid eorum, que dubia sunt aut in c

7 dialeticam A 12 assistens C 17 dialetica A neque B
24 dialetici A 25 bene non BA

11 *sophistica* etc. v. Ar. *Soph. El.* c. 1 (161 a. 21). 22 *Augustino*: v. ps.-Aug. *de Dialectica* c. 1 (Migne *P. L.* xxxii. 1409).

contradictione posita aut que sic vel sic proponuntur ratione supposita probare vel improbare; quod quidem quisquis ex arte probabiliter facit, ad dialectici pertingit metam. Hoc autem ei nomen Aristotiles auctor suus imposuit, eo quod in ipsa et per ipsam de dictis disputatur: ut enim gramatica de dictionibus et in dictionibus, teste Remigio, sic ista de dictis et in dictis est. Illa uerba sensuum principaliter: sed hec examinat sensus uerborum; nam *lecton* Greco eloquio (sicut ait Isidorus,) *dictum* appellatur. Siue autem dicatur a Greco *lexis*, quod *locutio* interpretatur, sicut Quintiliano in Preexercitaminibus placet, siue a *lecton*, quod *dictum* nuncupatur, non multum refert; cum examinare locutionis uim et eius quod dicitur
d ueritatem et sensum, idem aut fere idem sit; uis enim uerbi sensus est; quo si destituatur, sermo cassus et inutilis est et (ut sic dixerim) mortuus; ut quodammodo, sicut corpus ad uitam uegetatur ab anima, sic ad uitam quandam uerbi sensus proficiat. Qui enim sine sensu sermonem profert, utique non loquitur sed aerem uerberat.

Cap. 5. *De partibus dialectice, et fine logicorum.*

Verum ut a specie redeamus ad genus, quoniam quedam adhuc uidentur dicenda communiter; logicam diuiserunt

---

1 subposita A 9 ysidorus A

---

7 *Remigio*: Ait Remigius Autissiodorensis *in Art. Don. min.* c. 5; *grammatica dicitur ars litteralis, quia ex litteris constat*; nihil autem de dictionibus addit. Forsan ejusdem Remigii commentarium in Martianum Capellam citat, de quo v. B. Hauréau, *Notices et extraits.* xx. 2. pp. 1 seqq. 9 *Isidorus*: v. Isid. *Etym.* ii. 22, ubi tamen *dictio* legitur. 11 *Quintiliano*: v. *Inst. Or.* ix. 1 § 17 λέξεως *id est uerborum uel dictionis uel elocutionis*; cf. i. 5 § 2 *una pars orationis . . . quam . . . quidam dicere maluerunt 'uoces', 'locutiones', 'dictiones'.* *in Preexercitaminibus* ad Quintiliani *Institutionem Oratoriam*, quasi *praeexercitamina* (de quibus v. supra ad i. 24) idem quod *institutio* significarent, titulum transtulisse videtur Ioannes quo gaudebat liber iste Prisciani, quem recognouerunt Halmius in *Rhet. Lat. min.* pp. 551 seqq., Keilius in *Gram. Lat.* ii. 404 seqq. 19 *aerem uerberat*: v. 1 Cor. ix. 26.

auctores in scientiam inueniendi et scientiam iudicandi; eandemque totam in diuisionibus, diffinitionibus, collectionibusque uersari docuerunt; siquidem inueniendi et iudicandi magistra est et diuidendi, diffiniendique, et argumentandi peritum habet, immo facit opificem. Inter ceteras itaque philosophie partes priuilegio duplici insignita est; quia et principalis membri decoratur honore, et in toto philosophie corpore efficacis instrumenti exercet officium. Phisicus enim et ethicus in suis assertionibus non procedunt, nisi probationibus a logico mutuatis. Nemo eorum recte diffinit aut diuidit, nisi eis artis sue logicus gratiam faciat; alioquin successus eorum non scientia sed casus promouet. Rationalis enim est; ut constet ex nomine quis ei sit in philosophia processus, qui rationis expers est; licet enim quis perspicacem habeat rationem, anime uirtutem dico, in philosophie tamen negotiis ad multa subsistit offendicula, si non habeat rationem propositi faciendi; que quidem est methodus, id est ratio compendiaria, propositi pariens et expediens facultatem. Versantur autem in his et que dicte sunt pertinentes ad logicam discipline. Nam demonstratiua, probabilis, et sophistica, omnes quidem consistunt in inuentione et iudicio, et itidem diuidentes, diffinientes, et colligentes, domesticis rationibus utuntur; etsi materia aut fine aut modo agendi dissimiles sint. Cum uero ratio multipliciter dicatur, latissime patet hic officium nominis; neque enim coartatur ad id dumtaxat quod ratio est, sed id protenditur etiam quod uidetur. Nam, ut alias taceam nominis significationes, dicunt hoc nomen gramatici absolutum quod ad intelligentiam sui non indiget adiectione, ut Deus; nisi forte causa significantie, ut cum dicitur Deus omnipotens ad differentiam ydolorum, que nichil, aut demoniorum, que minimum possunt, sic ratio necessaria aut uera ad differentiam eius, que casu potest vel mendacio

861 a b c

10–11 diuidit aut diffinit A^1 17 methodus est A^1

1 *auctores*: v. Cic. *Top.* 2 § 6 cum Boethii commento (Migne *P. L.* lxiv. 1044 seqq.); cf. Boeth. *in Porph. Comm.* i (ibid. 73 seqq.).

uitiari. Est autem hic, ut opinor, ratio, quicquid adducitur vel adduci potest ad statuendam opinionem uel sententiam roborandam; opinio enim plerumque labitur, at sententia semper assidet ueritati. Ita quidem, si recte sermonibus utimur; usurpatur tamen alterum pro altero. Ergo et sophistica sic rationalis est; et, quamuis fallat, sibi inter partes philosophie locum uendicat. Suas enim rationes
d inducit, et nunc se demonstratiuam simulat, nunc dialecticam mentitur; nec seipsam profitetur alicubi, sed ubique habitum induit alienum. Apparens namque sapientia est, et inducit ad statuendam opinionem plerumque non quod uerum aut uerisimile, sed quod alterutrum uideatur. Interdum autem utitur et iis; cauillatrix enim est, et sepe a ueris et manifestis per minutas interrogationes aliasue doli sui insidias ad dubia et falsa progreditur. Transfigurat enim se in ministram lucis, et Neptuni more quem in deuia abducit, aut periculis exponit aut risui. Philosophus autem, demonstratiua utens, negotiatur ad ueritatem; dialecticus ad opinionem, siquidem probabilitate contentus est. Sophiste autem sufficit, si uel uideatur esse probabile.
862 a Vnde non facile dixerim eam esse inutilem scitu, que non mediocriter exercet ingenia, et ignaris rerum efficacius nocet, si sit ignota. Dolus enim scienti non infertur; sibique imputet, qui casum declinare noluit quem preuidit. Qui autem demonstratiuam et probabilem non amplectitur, utique non diligit ueritatem; sed nec probabilium querit habere notitiam. Plane nec uirtutem quis sine ueritate assequitur; et qui probabilia contemnit, non probatur.

Cap. 6. *Quod omnes logicam appetunt, sed non omnes assequuntur.*

b Ex premissis itaque magnum aliquid uidetur logica polliceri, que inuentionis et iudicii copiam prestat diuidendi

7 uendicat locum BA tempnit A 8–9 dialeticum A 13 his BA 28 con-

10 *Apparens* etc.: v. Ar. *Soph. El.* c. 1 (161 a 21); v. interp. Boeth. (Migne *P.L.* lxiv. 1009). 15 *Transfigurat* etc.: v. 2 Cor. xi. 14. 16 *Neptuni more*: Ad fabulam Hippolyti respicere videtur; v. Cic. *de Off.* i. 10 § 32.

diffiniendi, et conuincendi ministrat facultatem; et sic philosophie pars insignis est, ut per omnia membra eius quadam spiritus uice discurrat; iners enim est omnis philosophia que ad logicam non disponitur. Merito ergo ad eam tantus undique est cursus populorum ut sola plures teneat occupatos quam omnes alie officine illius que actus humanos disponit et uerba, certe et cogitatus, si recte processerint; philosophiam loquor, sine qua quicquid est insulsum et insipidum est et plane erroneum et bonis moribus displicens. Clamant omnes ad inuicem:

Occupet extremum scabies;

et qui non accedit ad logicam, continuis et perhennibus uersetur in sordibus. Ergo:

et michi turpe relinqui est,

probrosum et periculosum. Vellem uidere lumen quod c
solis istis preconibus reuelatum est; accedo, et humili supplicatione deposco ut me doceant et, si fieri potest, similem sui faciant. Promittunt grandia: sed interim Pithagoreorum silentium mihi indicunt, quod ad archana Minerue, que sibi credita esse iactitant. Permittunt tamen, immo et precipiunt, ut congarriam eis; hoc siquidem talibus est disputare. Tandem, cum ex longa familiaritate benignius audior, diligentius insto, uehementius pulso, affectuosius peto, michi ostium artis aperiri. A diffinitione ergo incipimus. Docet me paucis quicquid uoluero diffinire; iubet enim ut eius, de quo agitur, genus premittam, eique aggregem differentias substantiales, donec ad conuertentiam d
propositi coequentur. Suprema enim, quia genere, et infima, quia differentiis carent, diffiniri non possunt. Eis tamen descriptio applicatur que fit ex proprietatibus, quarum alibi

---

17 suplicatione C 19 pitagoreorum CBA 28 Supprema A

---

11 *Occupet* etc.: Hor. *A. P.* 417. 14 *et michi* etc.: Hor. *A. P.* 417
19 *Pithagoreorum silentium*: v. Gell. i. 9. 19-20 *archana Minerue* v. Ov. *Met.* ii. 749, 755.

non reperitur collectio. Substantialis enim diffinitio sine genere propositi et aliqua substantialium differentiarum esse non potest. Ecce sic artem diffiniendi edoctus sum; iubetque me quodlibet propositorum commode diffinire, vel saltem describere. Progredimur ad diuidendi scientiam, et genus in species aut per differentias aut per affirmationem et negationem, sufficienter diuidere moneor. Totum integrum in eas partes resoluendum est, ex quibus integraliter constat; uniuersale in subiecta et in potentias uirtuale. Si uocis est diuisio facienda, aut significationes illius enu-
863 a merentur aut modi. Accidens in subiecta diuidere doceor, ammonitus que illius susceptibilia sint aperire, subiectum quoque in accidentia, cum eorum, que ei accidunt, diuersitatem contingit assignare; sed et accidentis in coaccidentia, cum pro subiectorum uarietate excedentia esse docentur et excessa. Compendiose itaque institutus sum duas partes exercitii huius. Restat tertia quidem magis necessaria, si haberetur, et longe uerbosior ut doceretur, ars scilicet colligendi que ad aduersarium conuincendum proficit, uel in philosophia ad ueritatem demonstrandam, quicquid sentiant auditores. Eius itaque proponuntur pauca precepta, et que ego compendii gratia
b paucioribus disseram. Est itaque diligenter obseruandum, ut ad faciendam fidem eius, de quo agitur aliquid premittamus, ex quo illud probabiliter inferri possit aut necessario, quale est genus ad positionem speciei; aut, uno contrariorum posito, reliquum tolli. Procedo itaque, quoniam homo obtusioris ingenii sum et cui fides est ex auditu; et qui uix et raro intelligere possum audita uel scripta. Quoniam ergo regule innotescunt, sollicito doctiores et qui nichil nescire dignantur, ut, deductis exemplis librorum, me illarum doceant usum. Non enim magnum est, qui artem diffini-

1 repperitur A 14–15 in coaccidentia] incoatiua A¹ 18–19 docetur B 30 doctores C

28 *obtusioris ingenii*: cf. Gell. xiii. 25 § 21. *fides ex auditu*: Rom. x. 17.

endi habet, si in diffinitionibus pridem scriptis aliena inuenta recenseat. Siquidem si logica diffinitiua est, eo quod aliquas habeat diffinitiones, et multe discipline, quia c pluribus habundant diffinitionibus, magis diffinitiue erunt. Indignantur ergo puri philosophi et qui omnia preter logicam dedignantur, eque gramatice ut phisice expertes et ethice, et me improbum obtusum et caudicem aut lapidem criminantur. Sufficere enim debuerat ad artis triplicem facultatem quod predictum est. Urgent etiam ad solutionem promisse mercedis. Quod si excipio, iuxta illud ethicum:

Mercedem appellas? quid enim scio?

continuo replicant iuxta eumdem:

Culpa docentis
scilicet arguitur, cum in leua parte mamille
nil salit Archadio iuueni.

Sic, sic, inquiunt,

nosse uolunt omnes, mercedem soluere nemo.

Quia itaque uereor ingratitudinis notam, doctrinam pro doctrina, necessariam pro necessaria eis rependo. Regularum trado compendium, indicens eis ut earum sibi comparent d usum; et, quia tres artes accepi, easque utiles, tres itidem doceo, sed utiliores. Sit ergo prima militaris, secunda medicinalis, tertia iuris ciuilis et decretorum et totius ethice perfectionem absoluat. Quotiens ergo cum hoste congrediendum est, caute prouideas ne te hostis ledat in aliquo; et tu in primo conflictu totus insurgas in eum, et illesus uulneri uulnus infligas, donec ille aut te fateatur esse uictorem, aut exanimis tibi iudicio publico uictoriam cedat. In phisica uero ante omnia causam egritudinis preuide; eamque cura et amoue; et exinde tamdiu reparatiuis et conseruatiuis egrum erige et foue, donec plenissime

13 replico A^1 eundem A

7 *caudicem*: v. Ter. *Hauton.* v. 1, 4. 12 *Mercedem* etc.: Iuv. *Sat.* vii. 158–60. 18 *Nosse* etc.: v. Iuv. *Sat.* vii. 157. 31–32 *reparatiuis*: Hoc vocabulum non exhibent Lexicographi.

a conualescat. Porro in ciuilibus usquequaque iustitiam sequere, te amabilem omnibus facito et, iuxta comicum,

sine inuidia laudem inuenias et amicos pares.

Quid multa? In omnibus indue caritatem. Nam et michi in promptu est usus horum, sicut eis exercitium premissorum. Eo ergo miserabiliores sunt, quo miseriam suam non agnoscunt; dum seipsos fallunt, id agentes in studio ueritatis, ut nichil sciant; neque enim fideli, nisi humilitatis uia, queritur ueritas. Sic Pilatus, ueritatis audita mentione, quid esset interrogauit; sed infidelitas querentis egit ut docentem ante tumidus declinaret auditor quam sacre responsionis instrueretur oraculo.

b Cap. 7. *Quod nugiloquos ventilatores dedoceri oportet, ut sciant.*

Non tamen, ut in logicam inuehar, hec propono (scientia enim iocunda est et fructuosa) sed ut illis eam liqueat non adesse, qui clamant in compitis et in triuiis docent, et in ea, quam solam profitentur, non decennium aut uicennium, sed totam consumpserunt etatem. Nam et cum senectus ingruit, corpus eneruat, sensuum retundit acumina, et precedentes comprimit uoluptates, sola hec in ore uoluitur, uersatur in manibus, et aliis omnibus studiis preripit locum. Fiunt itaque in puerilibus Achademici senes, omnem dictorum aut scriptorum excutiunt sillabam, immo et litteram; dubitantes ad omnia, querentes semper, sed numquam ad
c scientiam peruenientes; et tandem conuertuntur ad uani-

23 academici C

3 *sine inuidia* etc.: Ter. *Andr.* i. 1. 39. 4 *indue caritatem*: v. Col. iii. 12, 14. 5 *horum*: sc. eorum quae ad tres artes supradictas pertinent, videlicet militarem, medicinalem, civilem. 5–6 *premissorum*: sc. definitionis, divisionis, collectionis. 9 *Pilatus*: v. Ioann. xviii. 38. Cf. illud Fr. Baconi notissimum: *What is Truth? said jesting Pilate, and would not stay for an answer.* 17 *qui clamant in compitis et in triuiis docent*: v. Hieron. *Ep.* l. 1 (Migne *P. L.* xxii. 512). 25 *querentes semper* etc.: v. 2 Tim. iii. 7. 26 *conuertuntur* etc.: v. 1 Tim. i. 6, 7.

loquium, nescientes quid loquantur aut de quibus asserant, errores condunt nouos, et antiquorum aut nesciunt aut dedignantur sententias imitari. Compilant omnium opiniones, et ea que etiam a uilissimis dicta uel scripta sunt, ab inopia iudicii scribunt et referunt; proponunt enim omnia, quia nesciunt preferre meliora. Tanta est opinionum oppositionumque congeries, ut uix suo nota esse possit auctori. Accidit hoc Didimo, quo nemo plura scripsit, ut cum historie cuidam tanquam uane repugnaret, ipsius proferretur liber qui eam continebat, Sed nunc multos inuenies Didimos, quorum pleni, immo referti sunt commentarii huiusmodi logicorum impedimentis. Recte autem d dicuntur oppositiones, quia melioribus studiis opponuntur; obstant enim profectui. Sed nec Aristotiles, quem solum nugidici uentilatores ista dignantur agnoscere, fideliter auditur, dicens quidem eleganter et uere quia quolibet contraria opinionibus proferente sollicitum esse stultum est. Refert Quintilianus Timotheum quendam, clarum in arte tibiarum, solitum exigere duplas mercedes ab his quos alius instituisset, quam si traderentur rudes omnino. Duplex enim labor est, alter in eluenda uitiosa doctrina, quam perceperant; alter ut uera et recta fideliter imbuantur. Ad hec, qui iam artificis nomen uendicat, non potest leuiter humiliari, ut ad minora descendat; sine quibus tamen proficere nequit. Timotheus utique sapiebat, quia 865 a

> quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
> testa diu

---

1 affirmant A^2 4 etiam que A^1 11–12 comentarii A 18 thimotheum A 20–21 dupplas A 25 Thimotheus CBA

---

8 *Didimo* etc.: Quintil. *Inst. Orat.* i. 8 § 20. 15 *nugidici*: ex hoc loco citatur in Fabri *Thesauro*, ed 1735. *uentilatores*: i. e. praestigiatores, ut apud Quintil. *Inst. Or.* x. 7 § 11. 16 *quolibet* etc.: Ar. *Top.* i. 11 (104 b 23) τοῦ τυχόντος ἐναντία ταῖς δόξαις ἀποφηναμένου φροντίζειν εὔηθες. In interpretatione quae Boethii vocatur (c. 9; Migne *P. L.* lxiv. 917) legimus: *de quo uis contraria opinionibus proferente curam habere stultum est.* 18 *Refert Quintilianus* etc.: v. *Inst. Or.* ii. 3 §§ 3, 4. 26 *Quo semel* etc.: Hor. *Ep.* i. 2. 69, 70.

Et quisque, sui iuris effectus,
curret ad illam,
quam primum rupto predam gustauerat ouo.

Cap. 8. *Quod eos Aristotiles compescuerat, si audiretur.*

Vsus tamen aliquis interdum est in malo isto; scilicet quod qui talibus assuescunt, si tamen modestia instituantur, uerborum copiam preparant, uolubilitatem lingue, capacita-
b tem memorie; ad hoc enim proficit frequens hec et de omnibus concertatio; quartum quoque adicit, subtilitatem ingenii; continuo siquidem proficit exercitio. Si autem moderatio desit, omnia hec in contrarium cedunt; subtrahitur namque subtilitati utilitas. Nichil autem, ut in primo Declamationum ait Seneca, odibilius subtilitate, ubi nichil aliud est quam subtilitas; et ad Lucilium: Nichil est acutius arista; sed hec ad quid utilis? Tale utique est illud ingenium, quod, sola subtilitate lasciuiens, nulla residet grauitate. Hoc est quod in libro de Institutione Oratoris precoquum dicitur, et non temere peruenit ad frugem. Laudatur in pueris, sed in senibus contemnitur et culpatur; pueri enim ex hoc facile parua faciunt, et audacia prouecti,
c quicquid possunt, statim ostendunt; possunt id demum quod in proximo est. Verba concinnant et continuant, hec uultu interrito, nulla tardati uerecundia, proferunt. Non multum prestant, sed cito; non subest uera uis, nec penitus immissis radicibus nititur. Vt que solo summo sparsa sunt semina, celerius se effundunt et, imitate spicas herbule, inanibus aristis ante messem flauescunt; sic et ingenia,

2 recurret C^1 19 contempnitur A

13 *Declamationum*: sc. quae *Controversiae* vulgo vocantur; v. *Controv.* i. praef. § 21. 14 *et ad Lucilium*: Vt eiusdem Senecae opera patris *Controversias* et filii *Epistolas ad Lucilium* laudat Ioannes. 14–15 *Nichil est acutius arista*: Sen. *Ep.* 82 § 24. 17 *Hoc est* etc. usque ad *admiratio decrescit* (75. 3): v. Quintil. *Inst. Or.* i. 3 §§ 3–5. 18 *precoquum*: sic (pro *praecox*) cum Quintiliani codicibus Prat. et Ioann.: v. Colson in proleg. ad lib. I p. xcii. 22 *concinnant et*: desunt apud Quintil. et a dubio utrum *concinnant* an *continuant* legendum esset orta esse suspicor.

que subtilitatem aut copiam affectant, deducta grauitate. Placent hec annis comparata, deinde stat profectus, admiratio decrescit. Sic et in Nisio Flauo, qui referente Seneca apud Arellium declamabat, aliquid extra eloquentiam commendabat, in puero scilicet eloquentia; nam lenocinium erat ingenii etas. Sed nec uerborum copia perd petuo laudem habet; ut enim ait Sidonius: Non est maior gloria dixisse quod noueris quam siluisse quod nescias. Sed et Cicero uerba redarguit que sine utilitate aut uolup-
10 tate tam dicentis quam audientis inutiliter proferuntur. Optinet enim illud poeticum:

> Aut prodesse uolunt, aut delectare poete,
> aut simul et iocunda et idonea dicere uite.
> Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

15 Et multiloquium peccata comitantur. Lingue autem uolubilitas tunc demum prodest, si ad sapientiam disponatur; in udo enim est et cito labitur. Licet autem sit membrum modicum rotam humane natiuitatis succendit, conturbat 866 a uitam, et totum hominem, nisi moderationis uinculo refre-
20 netur, agit in preceps. Quid autem prodest illa in archiuis memorie recondisse, quorum nullus est usus? Sicut enim de lana caprina contendere inofficiosum est, sic ea que inutiliter proferuntur, commendare memorie ineptum et indiscretum est. Quis unquam inutilia folia et aristas
25 thesaurizans congessit, ut opibus habundet? Debuerat Aristotiles hanc compescuisse intemperiem eorum qui indiscretam loquacitatem dialectice exercitium putant. Et sane compescuerat, si audiretur. Non oportet, inquit, problema nec omnem positionem considerare, sed quam

3 *Nisio Flauo*: i. e. Alfio Flavo; v. Senecae patris *Controv.* i. 1 § 22. 4 *Arellium*: *Cestium* Sen.; alibi autem in *Controversiis* Arellii saepissime fit mentio. 7 *Sidonius*: *Ep.* vii. 9 § 5. 9 *Cicero*: Ad ps.-Cic. *ad Herenn.* iv. 3 § 4 respicere videtur (ubi tamen *pueriliter proferatur* melius legendum est). 12 *Aut prodesse* etc.: Hor. *A. P.* 333, 334, 343. 15 *multiloquium* etc.: v. Prov. x. 19. 17 *in udo*: v. Pers. *Sat.* i. 105. *Licet autem* etc.: v. Iacob. iii. 5, 6. 22 *lana caprina*: v. Hor. *Ep.* i. 18. 15. 28 *Non oportet* etc.: Ar. *Top.* i. 11 (105 a. 2 seqq.).

dubitabit aliquis rationis egentium et ⟨non⟩ pene uel sensus.
b Nam qui dubitant utrum oporteat deos uereri et parentes honorare uel non, pene indigent; qui uero utrum nix alba est uel non, sensus. Neque uero quorum propinqua est demonstratio, neque quorum ualde longe; nam hec quidem non habent dubitationem, illa autem magis quam secundum exercitatiuam. Hec ille. Sed illi, eo inconsulto, immo et prohibente, semper, ubique, et de omnibus eque disputant; forte quia notitiam omnium eque habent.

Cap. 9. *Quod inefficax est dialectica, si aliarum destituatur subsidio.*

Eloquentiam sine sapientia non prodesse, celebre est et uerum; unde ipsam, ut prosit, a sapientia contrahere manifestum est. Ergo et pro modulo sapientie quam quis-
c que adeptus est eloquentia prodest; nocet enim hec, si dissocietur ab illa. Ex quo liquet dialecticam, que inter ministras eloquentie expeditissima est et promptissima, unicuique prodesse ad mensuram scientie sue. Ei enim prodest plurimum qui habet notitiam plurimorum et ei qui pauca nouit minimum prodest. Nam, sicut gladius Herculis in manu Pigmei aut pumilionis inefficax est, et idem in manu Achillis aut Hectoris ad modum fulminis uniuersa prosternit; sic dialectica, si aliarum disciplinarum uigore destituatur, quodammodo manca est et inutilis fere. Si aliarum robore uigeat, potens est omnem destruere falsitatem; et, ut minimum ei ascribam, sufficit de omnibus probabiliter disputare. Neque enim magnum est si more
d nostrorum iugiter in se rotetur, se circumeat, sua rimetur

16 dialeticam A 23 prosteruit B dialetica A

1 *aliquis rationis egentium* etc.: ⟨*non*⟩ supplevi; τις τῶν λόγου δεόντων καὶ μη κολάσεως ἤ αἰσθήσεως Ar.; *eorum qui ratione egent et non poena uel sensu* Boet. (Migne *P. L.* lxiv. 917). 2 *uereri*: *honorare* Boet. 3 *honorare*: *diligere* Boet. 5 *hec*: *illa* Boet. 6–7 *secundum exercitatiuam*: *secundum facultatem exercitatiuam* Boet. 12 *Eloquentiam sine sapientia* etc.: v. Cic. *Orat.* 4 § 14. 16 *dialecticam* etc.: v. Cic. *Part. Or.* 23 § 78. 20 *gladius Herculis*: cf. de Herculis cothurnis Quint. *Inst. Or.* vi 1 § 36. 22 *fulminis*: cf. Quint. *Inst. Or.* viii 6 § 71.

archana, et in illis dumtaxat uersetur que nec domi, nec militie, nec in foro, nec in claustro, nec in curia, nec in ecclesia, immo nusquam nisi in scola prosunt; ibi enim teneriori etati plura indulgentur ad modum et modicum, que mox magis serius philosophie tractatus eliminat. Siquidem hic, cum ad maturam scientie uel uite uenitur etatem, non modo uerba puerilia et licentioris indulgentie, sed totos plerumque reicit libros. Hoc est enim quod cum poetici nube figmenti in Mercurii et Philologie docemur nuptiis deorum omnium auspicio contractis et utiliter hominibus amplectendis. Ibi namque Philologia, postquam celi templa conscenderat et purioris status nactus est libertatem, librorum copiam, quibus fecunda erat, euomuisse 867 a describitur. Est autem cuique opifici facillimum de arte sua loqui; sed ex arte quod artis est facere difficillimum est. Quis est enim medicus qui non de elementis et humoribus et complexionibus et morbis et ceteris pertinentibus ad phisicam sepe loquatur et multum? Sed qui ad hoc conualescit, magis poterat egrotare. Quis ethicus morum regulis, dum in lingua uersantur, non habundat? Sed plane longe difficilius est ut exprimantur in uita. Mecanici opifices facile singuli loquuntur de artibus suis, sed nemo eorum tam leui opera architectum exercet aut pugilem. Idem est et in reliquis. Sic de diffinitione aut argumentis aut genere et similibus loqui facillimum est; sed eadem ad b artis explendum officium in singulis facultatibus inuenire longe difficilius. Ergo qui disciplinarum inopia premitur, copiam, quam dialectica pollicetur et prestat, non habebit.

Cap. 10. *Quorum auctoritate precedentia et sequentia constent.*

Cum primum adolescens admodum studiorum causa migrassem in Gallias, anno altero postquam illustris rex

16 de *om.* B

9 *docemur*: scilicet a Martiano Capella. 11 *Ibi* etc.: v. Mart. Cap. ii § 136. 32 *anno altero* etc.: i. e. a. 1136. Obiit Henricus I. 1° Dec. a. 1135. Apud Cantuarienses tunc a natalibus Christi annum initium

Anglorum Henricus, Leo iustitie, rebus excessit humanis, contuli me ad Peripateticum Palatinum qui, tunc in monte sancte Genouefe clarus doctor et admirabilis omnibus presidebat. Ibi ad pedes eius prima artis huius rudimenta
c accepi et pro modulo ingenioli mei quicquid excidebat ab ore eius tota mentis auiditate excipiebam. Deinde post discessum eius, qui michi preproperus uisus est, adhesi magistro Alberico, qui inter ceteros opinatissimus dialecticus enitebat et erat reuera nominalis secte acerrimus impugnator. Sic ferme toto biennio conuersatus in monte, artis huius preceptoribus usus sum Alberico et magistro Rodberto Meludensi (ut cognomine designetur quod meruit in scolarum regimine, natione siquidem Angligena est);

---

2 peripatheticum A 8–9 dialeticus A 12 Roberto A

---

sumpsisse testatur Gervasius Cantuariensis *Op. Hist.* (ed. Stubbs, i. 90). Cf. R. L. Poole, *Eng. Hist. Rev.*, Jul. 1920.

1 *Leo iustitie*: v. Galfridum Monumetensem, *Hist. Brit.* vii. 3, in Merlini vaticinio; cf. *Policr.* vi. 18. 2 *Peripateticum Palatinum*: i. e. Abaelardum; cf. *Policr.* ii. 22. De iuvenum ex Anglia ad Abaelardum confluentia cf. epistolam Fulconis ad ipsum Abaelardum scriptam in Abael. *Opp.* (ed. Cousin, i. 703). 7 *discessum eius*: In anno 1137, ut videtur; v. R. L. Poole in praef. ad Ioannis Saresberiensis *Hist. Pontif.*, p. lxi. 8 *Alberico*: Quae infra narrat de istius Alberici ad Bononiam migratione Alberico scholastico Remensi et postea archiepiscopo Bituricensi, de quo v. supra ad i. 5, minime conveniunt; v. Poole, *Illustrations of the History of Mediaeval Thought*, p. 178; quem archidiaconum Remensem fuisse nusquam (pace C. Schaarschmidtii, *Johann. Saresb.* p. 71) asserit Ioannes noster. Cf. Grabmann, *Gesch. der schol. Methode*, ii. 138. Forsan de Alberico illo Remensi hic loquitur Noster *quem*, ut ait in *Ep.* 143, ad Henricum Comitem Campaniae inscripta, *cognominant de Porta Veneris, quae uulgo Valesia dicitur.* 12 *Rodberto Meludensi*: Episcopus Herefordensis a. 1163 consecratus est; obiit a. 1167. De eius vita et doctrina disseruit C. L. Kingsford, *Dict. of Nat. Biogr.*, t. xlviii, pp. 366 seqq. Cf. Ioannis nostri *Metal.* iv. 24, *Epp.* 175, 178, 183, *Enthet.* 55 seqq., *Hist. Pontif.* c. 8 (ed. Poole, p. 17). De Meludinensium subtilitatibus cf. Jocelini de Brakelond *Cronicorum* c. 25 (Arnold, *Memorials of S. Edmund's Abbey*, i. p. 240). Cf. Grabmann, *Gesch. der schol. Methode*, ii. 323 seqq. Vide etiam R. M. Martin in *Revue d'histoire ecclésiastique*, t. xv. no. 3 (Lovan. 1920) et in *Revue des sciences phil. et théol.* viii. 439, ix. 103 seqq., xi. 390 seqq., xii. 308 seqq. (Par. 1914, 1920, 1922, 1923).

quorum alter, ad omnia scrupulosus, locum questionis inueniebat ubique, ut quamuis polita planities offendiculo non careret et, ut aiunt, ei cirpus non esset enodis. Nam et ibi monstrabat quid oporteat enodari. Alter autem, in responsione promptissimus, subterfugii causa propositum numquam declinauit articulum, quin alteram contradictionis partem eligeret aut determinata multiplicitate sermonis d doceret unam non esse responsionem. Ille ergo in questionibus subtilis et multus; iste in responsis perspicax, breuis et commodus. Que duo si pariter eis alicui omnium contigissent, parem utique disputatorem nostra etate non esset inuenire. Ambo enim acuti erant ingenii et studii peruicacis; et, ut reor, magni preclarique uiri in phisicis studiis enituissent, si de magno litterarum niterentur fundamento, si tantum institissent uestigiis maiorum quantum suis applaudebant inuentis. Hec pro tempore quo illis adhesi. Nam postea unus eorum, profectus Bononiam, dedidicit quod docuerat; siquidem et reuersus dedocuit. An melius, iudicent qui eum ante et postea audierunt. Porro alter in diuinis proficiens litteris etiam 868 a eminentioris philosophie et celebrioris nominis assecutus est gloriam. Apud hos, toto exercitatus biennio, sic locis assignandis assueui et regulis et aliis rudimentorum elementis, quibus pueriles animi imbuuntur, et in quibus prefati doctores potentissimi erant et expeditissimi, ut hec omnia michi uiderer nosse tanquam ungues digitosque meos. Hoc enim plane didiceram, ut iuuenili leuitate pluris facerem scientiam meam quam esset. Videbar michi sciolus, eo quod in iis que audieram promptus eram. Deinde, reuersus in me et metiens uires meas, bona preceptorum

3 cirpus ei A 4 quod A 6 nunquam BA 13 phisicis] uel philosophicis *add.* A² *supra lineam* 17 unus eorum] Albericus scilicet *add.* A² *supra lineam* 20 alter] robertus scilicet *add.* A² *supra lineam* 29 his A

3 *cirpus*: i. e. *scirpus*; v. Isid. *Etym.* xvii. 9 § 97. 17 *unus*: sc. Albericus; v. in var lect. 20 *alter*: sc. Robertus Meludensis; v. in var. lect. 26 *nosse* etc.: v. Iuv. *Sat.* vii. 231–2.

868 b meorum gratia, consulto me ad gramaticum de Conchis transtuli, ipsumque triennio docentem audiui. Interim legi plura, nec me umquam penitebit temporis eius. Postmodum uero Ricardum cognomento Episcopum, hominem fere nullius discipline expertem, et qui plus pectoris habet quam oris, plus scientie quam facundie, plus ueritatis quam uanitatis, uirtutis quam ostentationis, secutus sum; et que ab aliis audieram ab eo cuncta relegi, et inaudita quedam ad quadruuium pertinentia, in quo aliquatenus Teutonicum preaudieram Hardewinum. Relegi quoque rethoricam, quam prius cum quibusdam aliis a magistro Theodorico tenuiter auditis paululum intelligebam. Sed eam postea a Petro Helia plenius accepi. Et quia nobilium

3 unquam A 13 postmodum B

1 *ad gramaticum de Conchis*: i. e. Willelmum de Conchis, de quo v. supra ad i. 5. Willelmum ut audiret, Carnotum a Parisiis se transtulisse Ioannem nostrum satis demonstrauit C. Schaarschmidt, *Joannes Saresberiensis* p. 22; cf. R. L. Poole, *Illustrations* pp. 106, 181 n.[6], 2 *triennio*: sc. ab hieme a. 1157–8 usque ad 1140-1; v.Poole, *Eng. Hist. Rev.* Jul. 1920. 4 *Ricardum*: de quo v. supra ad i. 24. 10 *Hardewinum*: de quo nihil aliud, quod scio, hodie exstat. 12 *Theodorico*: De Theodorico Carnotensi, Bernardi Carnotensis fratre, v. supra ad i. 5. 13 *Petro Helia*: v. *Ep.* 168 ad Ricardum archidiaconum Pictaviensem a. 1166 scriptam; ubi de puero suo ait Noster, *Iniunctum est illi ut apud dominum episcopum* (sc. Pictaviensem, qui tunc erat Ioannes ad albas manus, ipse etiam Nostri amicus) *gerat negotium M. Galteri clerici domini Remensis pro recuperandis libris quos idem Galterus magistro Petro Eliae commendauerat.* Cf. *Metamorph. Goliae* 198 (Wright, *Latin Poems attributed to W. Mapes*, p. 28; R. L. Poole, *E.H.R.* xxxv. p. 337) *Celebrem theologum uidimus Lumbardum, Cum Yvone Helyam Petrum et Bernardum, Quorum opobalsamum spirat os et nardum, Et professi plurimi sunt Abaielardum.* Petrum Heliam grammaticum insignem fuisse demonstrat Menkonis Chronicon (*M. G. H.*, Scriptores, xxiii p. 524) de Emone abbate Werumensi (qui obiit a. 1237), *Vnde contigit ut omnes auctores . . . Priscianum maiorem et minorem et Petrum Heliam ac alios libros et Summas artis grammaticae conscriberet.* An hic Petrus Helias, cuius commentarius in Priscianum diu in honore habitus est, idem fuerit a quo *rhetoricam accepit* Noster, dubitavit, at (ut mihi videtur) sine iusta causa C. Thurot (*Notices et extraits*, xxii. 2 p. 19). Petrum Heliam apud Pictavos a. 1166 commoratum esse ex Epistola Nostri supra citata probabiliter colligi potest; cf. etiam quae in *Gallia Christiana, opere fratrum gemellorum Sammarthanorum*, Par. 1656, t. iii, pp. 842–3 exstant, in ceteris autem *Galliae Christianae* editionibus desunt, de silvis quibusdam in dioecesi Pictaviensi ad Petrum Heliae sive Heliam tempore Gilberti Porretani episcopi pertinentibus; v. *Hist. Litt. de la France*, xiii p. 303.

liberos qui michi, amicorum et cognatorum auxiliis destituto, paupertati mee solatiante Deo, alimenta prestabant, instruendos susceperam, ex necessitate officii et instantia iuuenum urgebar quod audieram ad memoriam crebrius reuocare. Vnde ad magistrum Adam, acutissimi uirum ingenii et, quicquid alii sentiant, multarum litterarum, qui Aristotili pre ceteris incumbebat, familiaritatem contraxi ulteriorem; ut, licet eum doctorem non habuerim, michi sua benigne communicaret, et se, quod aut nulli faciebat aut paucis alienis, michi patentius exponebat. Putabatur enim inuidia laborare. Interim Willelmum Suessionensem, qui ad expugnandam, ut aiunt sui, logice uetustatem et consequentias inopinabiles construendas et antiquorum sententias diruendas machinam postmodum fecit, prima d logices docui elementa et tandem iam dicto preceptori apposui. Ibi forte didicit idem esse ex contradictione, cum Aristotiles obloquatur, quia idem cum sit et non sit, non necesse est idem esse, et item, cum aliquid sit, non necesse est idem esse et non esse. Nichil enim ex contradictione

5 *Adam*: De illo vide infra iii. 3. Cf. etiam lib. iii in prologo. A loco nominis ubi Parisius docuit, *de Parvo Ponte* vocatus est; unde Ioannes noster in *Enthetico*, vv. 29 seqq. *Incola sum modici pontis, nouus auctor in arte, Dum prius inventum glorior esse meum; Quod docuere senes, nec nouit amica iuuentus, Pectoris inuentum iuro fuisse mei. Sedula me iuuenum circumdat turba putatque Grandia iactantem non nisi uera loqui.* Eum contra Gilbertum Porretanum in consistorio ab Eugenio III papa a. 1147 Parisius habito apparuisse narrat Otto Frisingensis in *Gest. Frid.* i. 53 (ed. Waitz, 1912, p. 75). A. 1175 episcopus de S. Asaph in Wallia consecratus est. Concilio Lateranensi III. a. 1179 habito adfuit, ubi Alexandro III sententias quasdam Petri Lombardi damnare praeparante cum quibusdam cardinalibus exivit, dicens *Domine papa, ego ei ecclesiae* (forsan legas *eius ecclesiae* (sc. Parisiensis) *canonicus*) *et praepositus olim scholarum eius defendam sententias Magistri.* Sic narrat Walterus de S. Victore ap. Bulaeum, *Hist. Univ. Paris.* ii. 431. Obiit a. 1181. Librum scripsit, ut ait Ioannes infra iv. 3, cui nomen erat *Ars disserendi*; ex quo quaedam typis commisit V. Cousin, *Fragments Philos.* (*Phil. Schol.*) ed. 1840, pp. 419 seqq.; ed. 1847, pp. 333 seqq. Cf. R. L. Poole, *Illustrations*, p. 163, 182 seq., 193., et T. A. Archer, *D. N. B.* i. 75 seq. 14 *machinam*: Non qualem in saeculo xix° excogitavit S. Jevons, sed potius quandam argumentandi artificiosam methodum, quae *machina* vocatur quippe quae ad expugnandum et construendum et diruendum, ut supra dicitur, facta est. 15 *iam dicto preceptori*: sc. Adam de Parvo Ponte. 17 *Aristotiles*: v. *Anal. Pr.* ii. 4. 57 b. 2, 3.

euenit et contradictionem impossible est ex aliquo euenire. Vnde nec amici machina impellente urgeri potui ut credam ex uno impossibili omnia impossibilia prouenire. Extraxerunt me hinc rei familiaris angustia, sociorum petitio, et consilium amicorum, ut officium docentis aggrederer. Parui. Reuersus itaque in fine triennii repperi magistrum
869 a Gilebertum, ipsumque audiui in logicis et diuinis; sed nimis cito subtractus est. Successit Rodbertus Pullus, quem uita pariter et scientia commendabant. Deinde me excepit Simon Pexiacensis, fidus lector, sed obtusior disputator. Sed hos duos in solis theologicis habui preceptores. Sic fere duodennium michi elapsum est diuersis studiis occupato. Iocundum itaque uisum est ueteres quos reliqueram et quos adhuc dialectica detinebat in monte reuisere socios, conferre cum eis super ambiguitatibus pristinis, ut nostrum inuicem ex collatione mutua commetiremur profectum. Inuenti sunt qui fuerant et ubi; neque enim ad palmam uisi sunt processisse. Ad questiones pristinas dirimendas neque propositiunculam unam adiece-
b rant. Quibus urgebant stimulis, eisdem et ipsi urgebantur, profecerant in uno dumtaxat, dedicerant modum, modestiam nesciebant; adeo quidem ut de reparatione eorum posset desperari. Expertus itaque sum, quod liquido colligi

---

7 Gillebertum A 8 Robertus A 18 nec B 22 horum A^1

---

6 *Reuersus*: i. e. ad Parisios. 7 *Gilebertum*: sc. Porretanum; v. supra ad i. 5. 8 *nimis cito subtractus est*: sane ut episcopus Pictaviensis fieret. *Rodbertus Pullus*: v. supra ad i. 5. 10 *Simon Pexiacensis*: Idem est, ut suspicor, quem supra i. 5 Simonem Parisiensem appellat. Parisius enim eum docuisse ex hoc loco manifestum est. Cf. Teulfum in *Chron. Mauriniac.* lib. 3 (ed. L. Mirot, ed. 1912, p. 79) de Roberto Brugeriensi in a. 1140–1 a monachis Mauriniacensibus in diocesi Senonensi Cluniacum misso ut Macarii, monasterii Mauriniaci nuper electi abbatis, emancipationem a iugo obedientiae peteret: *Acceptis regalibus litteris, comitantibus secum Petro regis capellano et magistro Symone de Pissiaco, quos pro quibusdam negotiis Romam rex* (sc. Ludovicus VII) *dirigebat, Cluniacum uenit.* 12 *duodennium*: Sic omnes codices quos inspexi. Vide de annorum numeratione R. L. Poole in praef. ad Ioann. Saresb. *Hist. Pontif.* p. lxxii. 14 *monte*: sc. sanctae Genovefae Parisiensis. 21 *dedicerant*: sic pro *dedidicerant*.

potest, quia, sicut dialectica alias expedit disciplinas, sic, si sola fuerit, iacet exanguis et sterilis, nec ad fructum philosophie fecundat animam, si aliunde non concipit.

Cap. 11. *Quid sola dialectica possit.*

Est tamen quod solitaria pollicetur et prestat, solius gramatice subnixa presidio; propositas enim de se expedit questiones, sed ad alia non consurgit; quale est: An affirmare sit enuntiare, et: An simul extare possit contradictio. Hoc autem quid ad usum uite conferat, si non est c adminiculans alii, quisque diiudicet. Ceterum: An uoluptas bona sit; An preeligenda uirtus: An in summo bone habitudines; An sit in indigentia laborandum, purus et simplex dialecticus raro examinat; at in his uiuendi uel ad beatitudinem uel ad incolumitatem uersatur utilitas; licet enim logica seipsam expediat, propter alia tamen magis inuenta est. Fere ergo ut spiritus animalium ea disponit et uegetat, et humores regit et fouet ad uitam animalem, ab ipsis tamen humoribus nascitur, et subtilitate sua et uigore magnam molem agitat et ad se disponit, quantum non noxia tardant corpora; sic logica ab aliis ducit originem easque disponit et mouet, quantum inertie et ignorantie nocumento non retardatur. Quod planum est d his qui et artem disserendi nouerunt et alias disciplinas.

Cap. 12. *In quibus constet exercitium eius, et quo utatur instrumento.*

Versatur exercitium dialectice in omnibus disciplinis, siquidem questionem habet materiam; sed eam quae ypotesis dicitur, id est que circumstantiis implicatur,

---

1 dialetica A 2 exsanguis A 12 *recte ante* indigentia *add.* in A^2; *deest* CBA^1 13 dialeticus A 26 dialetice A 28 hypotesis A

---

19 *magnam* etc.: v. Verg. *Aen.* vi. 726, 731; ubi tamen loquitur poeta de spiritu qui mundum universum *intus alit.* 26 *Versatur* etc.: v. Boeth. de *Diff. Top.* iv (Migne *P. L.* lxiv. 1205 seqq.).

relinquit oratori. Sunt autem circumstantie, quas Boetius in quarto Topicorum enumerat, quis, quid, ubi, quibus adminiculis, cur, quomodo, quando. Thesim uero uendicat sibi, id est questionem a predictarum circumstantiarum nexibus absolutam. Communiorem enim speculationem aggreditur, nec iure suo descendit ad singula; quod si
870 a quando euenit, hospitis more bonis fruitur alienis. Porro instrumentum quo alterutra utitur, proposito suo deseruiens, oratio est. Illa enim que iudicem mouet alium a confligentibus continua utitur oratione et inductione frequentius, eo quod ad plures est et plerumque populum captat; hec autem intercisa oratione et crebrius utitur sillogismis, quia de aduersarii pendet iudicio, et ad unum est, cui si fidem fecerit, finem propositi apprehendit. Neque enim sermonem habet ad populum, aut arbitrium legis expectat. Ipsa quoque ratio, quam oratio uestit et, adminiculo sermonis ad animam per aurem ingrediens, ipsam mouet, itidem instrumentum est; immo hec est que facit ut sit oratio instrumentum. Virtus enim orationis est mens atque sententia; sine qua nec uigere nec mouere
b potest oratio. Cum itaque questio sit materia, ratio uel oratio instrumentum, artis opera singulariter in eo uersatur, ut instrumenti copiam faciat et doceat usum eius; materiam enim prestant communiter et alie discipline; siquidem undique emergunt questiones, sed non undique absoluuntur.

Cap. 13. *Quante utilitatis sit scientia probabilium, et quod simpliciter necessaria non facile innotescunt.*

Tres itaque facultates, naturalis, moralis, et rationalis, materiam prestant; quia singule suas exponunt questiones.

---

2 iiii° CBA 3 Tesim CB 23 Matteriam A

---

10 *inductione*: Inductionis nulla est mentio in isto Boethii loco supra citato; vide tamen Cic. *de Invent.* i. 31 § 51. 28 *Tres* etc.: De hac facultatum sive philosophiae partium distributione, cuius inuentio, etsi vere Stoicorum sit, Platoni nonnunquam ab auctoribus recentioribus attributa est, v. Sen. *Ep.* 89 § 9, Apul. *de Dogm. Plat.* i. 3, Aug. *de C. D.* viii. 4; cf. *Policr.* vii. 5.

Querit enim Ethica parentibus magis an legibus oporteat obedire, si forte dissentiant. Phisica, ⟨an⟩ mundus eternus sit aut perpetuus aut initium habuerit et sit finem habiturus in tempore, aut sit nichil horum. Logica, an contrariorum c sit eadem disciplina, quoniam eorum est idem sensus. Querunt ergo singule, et, licet suis muniantur principiis, eis tamen logica metodos suas, compendii scilicet rationes, communiter subministrat, unde non modo ad exercitationem, sed ad obuiationes et ad secundum philosophiam disciplinas utilissima est. Nam et de proposito metodum habens facile argumentatur, et qui, multorum opiniones sciens, non ab extraneis sed a propriis loquitur documentis, commode obuiat, immutans quicquid non bene dictum uidetur; et qui circumstantes attendit rationes, in singulis uerum facilius discernit a falso, et habilior redditur ad intelligendum et docendum, quod philosophantis propositum expetit et officium exigit. Cum autem dialectica inquisitiua d sit, ad omnium metodorum principia uiam habet; siquidem ars quelibet suas habet metodos, quas nos figuraliter aduiationes uel aditus possumus interpretari, et inquisitioni succedit inuentio, nec apprehendit scientie fructum, cui querendi displicet studium. Sed demonstratiua necessarias metodos querit, et que illam rerum inherentiam docent, quam impossible est dissolui; hoc enim dumtaxat necessarium est, quod aliter esse impossibile est. Ceterum quia uires nature aut nullus pene scrutatur aut rarus, et numerum possibilium solus Deus nouit, de necessariis plerumque non modo incertum, sed et temerarium iudicium est. Quis enim nouit penitus quid esse possit aut non 871 a possit? 'Si peperit, cum aliquo concubuit aut corrupta

2 ⟨an⟩ *supplevi* 5 idem est A^1 19 methodos A^1 23 methodos A

9 *obuiationes*: Hoc vocabulum tantum e Glossario quodam citat Lexicon Forc.—de Vit. 19–20 *aduiationes*: Hoc vocabulum haud referunt Lexica. 23 *inherentiam*: Hoc vocabulum postea apud philosophos usitatum non apud auctorem Ioanne nostro antiquiorem exstare asserit R. Eucken, *Gesch. der Philos. Terminologie* p. 66; haud tamen recte; nam apud Abaelardum saepissime legitur; *Ouvr. Inéd.* pp. 242, 343, 346, 367, 382, et alibi.

est', necessarium esse duxerunt secula multa; sed tandem in fine temporum non necessarium esse docuit integerrime Virginis partus. Quod enim simpliciter necesse est, nullo modo aliter esse potest; mutari uero potest quod a determinatione necesse est. Victorinus in Rethoricis in explanatione necessarii hoc ipsum docet, et quod ad partum corruptio, non quidem necessario sed probabiliter, consequatur; Augustinus quoque rationes, que necessarie sunt, esse asserit sempiternas et nullo modo euacuari posse. Probabilium uero rationes mutari posse palam est, nisi necessarie fuerint. Vnde constat quam arduum sit de-
b monstratoris propositum, qui semper necessitatem sequitur, et a ueritatis, quam profitetur, principiis non recedit. Si enim ueritatem deprehendere, que (ut aiunt Academici nostri) tanquam in profundo putei latet, magnum est; quante uiuacitatis est, non modo ueritatem, sed ipsius necessitatis penetrare archana, siquidem existentium quam possibilium facilior est assignatio? Vacillet itaque in naturalibus plerumque (corporalibus et mutabilibus dico) ratio demonstrandi; sed in mathematicis efficacissime conualescit. Quicquid enim in numeris, proportionibus, figuris, similibusque ab ea colligitur, indubitanter uerum est et aliter esse non potest. Itaque ad demonstrandi scientiam non aspiret, cui probabilia nota non fuerint. Demonstratiue
c ergo principia necessaria sunt; dialectice probabilia. Vnde et dialecticus ab illis abstinebit, que nulli uidentur, ne habeatur insanus; et a manifestis, ne palpare uideatur in tenebris; et iis dumtaxat insistet, que aut omnibus aut pluribus aut precipuis in unoquoque generum nota erunt.

---

18 uacillat A^2 25 dialetice A 28 his A

---

5 *Victorinus*: *in Cic. de Inv.* i. 29 (Halm, *Rhet. Lat. Min.* pp. 232 seq.). 8 *Augustinus*: v. *de Div. Quaest. lxxxiii.* 46 § 2 (Migne *P. L.* xl. 30) qui locus apud scriptores medii aeui scholasticos de ideis saepissime laudatur. 11 *Vnde constat* etc.: v. Boeth. *de Diff. Top.* i sub fin. (Migne *P. L.* lxiv. 1182). 15 *tanquam* etc.: v. Cic. *Acad. Post.* i. 12 § 44. 25–6 *Vnde et dialecticus* etc.: v. Ar. *Top.* i. 11. 105 a. 2 seqq.: ibid. 1. 100 a. 30 b. 21 seqq.; cf. Boeth. *de Diff. Top.* i loc. supra cit. 27–8 *palpare in tenebris*: v. Iob xii. 25.

p. 14. *Item de eodem.*

Principia itaque dialectice probabilia sunt; sicut demonstratiue necessaria. Quod si quid probabile et necessarium est, ad utraque poterit pertinere; sed aliunde ad alteram. Sola enim probabilitas dialectico sufficit. Unde Cicero in secundo Tusculanarum: Nos qui sequimur probabilia, nec ultra quam quod uerisimile occurrit, progredi possumus et refellere sine iracundia et refelli sine d pertinacia parati sumus. Idem quoque alibi: Hanc nobis dat Academia nostra licentiam, ut quicquid probabile occurrit, nostro iure liceat defendere. Est autem probabile quod habenti iudicium etiam a superficie innotescit; sic quidem in omnibus et semper, aut in paucissimis et admodum raro aliter existens. Quod enim semper sic aut frequentissime, aut probabile est aut uidetur probabile, etsi aliter esse possit; tanto autem probabilius, quanto habenti iudicium facilius et certius innotescit. Sunt enim quedam tanta probabilitatis luce conspicua, ut etiam necessaria reputentur; quedam autem, eo quod opinioni minus familiaria sint, uix ascribuntur probabilibus. Siquidem si opinio tenuis, iudicio uacillat incerto; si uehemens, transit in fidem et ad iudicium certum aspirat. Si autem adhuc 872 a eius uehementia inualescat, ut aut non protendi aut parum possit, licet infra scientiam sit, tamen scientie quod ad certitudinem iudicii coequatur. Quod quidem palam est, auctore Aristotile, in his que sensu solo cognoscuntur et aliter esse possunt. Ignotum enim erit, cum occiderit sol, si adhuc feratur super terram an in nostrum sit emisperium reuersurus; eo quod tunc cesset sensus, per quem lationis eius habebatur scientia; fides tamen lationis et reditus

2 dialetice A 10 achademia BA

2 *Principia* etc.: v. Boeth. *de Diff. Top.* loc. supra cit. 6 *Cicero*: *Tusc. Disp.* ii. 2 § 5. 9 *Hanc nobis* etc.: v. Cic. *de Off.* iii. 4 § 20. 26 *auctore Aristotile*: v. *Top.* v. 2. 131 b. 19 seqq. (Boeth. Interpr., Migne *P. L.* lxiv. 958).

tanta est ut aliquatenus videatur equis cum scientia passibus ambulare. Si uero sensus scientiam parit eius quod aliter esse non potest, ut si quis lineam uisu docente
b longam sciat aut superficiem coloratam, cessante uisu non euanescit quidem scientia, eo quod rem ita esse necesse est. Ergo quod diuisim in omnibus uel in pluribus alicuius generis inuenitur et uniuersaliter in omnibus statuendum est aut ferenda instantia in quo non sic. Est autem instantia alicuius talis obuia positio, collecte uniuersitati preiudicans. Scientia itaque probabilium copiosa expeditissimam ad omnia uiam parat.

Cap. 15. *Que propositio sit dialectica, et quid problema.*

Est autem dialectica propositio contra quam sic in pluribus se habentem non est instantia; id est, argumentum ad positionem. Qui uero tales propositiones pre mente habet,
c et si que sunt positionum instantie, in omni genere controuersandi ad alteram quidem copiosus erit, et etiam, si philosophice secum exerceatur, non modice felix. Potens enim est de omni problemate, ethico scilicet, phisico, et logico, probabiliter disputare. Est autem problema dialecticum speculatio contendens uel ad electionem et fugam uel ad ueritatem et scientiam aut ipsum aut ut adminiculans ad aliquid aliud huiusmodi; de quo aut neutro modo opinantur aut contrarie plurimi sapientibus aut sapientes plurimis aut utrique iidem eisdem. Auctorem diffinitionis indicat stilus, et Aristotilem faciunt uerba manifestum, sed et sensus uerborum. Neque enim problema dialecticum
d censuit quicquid inter affirmationem negationemque deducitur, nec artis sue opificem in illius uentilatione credidit exercendum, quod nec per se nec per aliud predictarum

1–2 ambulare passibus C^1 12 et *om.* BA 25 idem BA 27 dialeticum A

13 *Est autem dialectica propositio* etc.: Ar. *Top.* viii. 2. 153 b. 32 (Boeth. Interpr., Migne *P. L.* lxiv. 997). 20 *Est autem problema* etc.: Ar. *Top.* i. 11. 104 b. 1 (Boeth. Interpr., Migne *P. L.* lxiv. 916).

disciplinarum alicui prodest. Nam quod ait: Contendens ad electionem uel fugam, etsi sint qui ad ethicas dumtaxat questiones referendum putent, ego et ad phisicas arbitror pertinere, sed ad logicas aut nichil aut minimum. Siquidem ibi uirtus et uitium et similia electioni uel fuge materiam prestant; hic autem sanitas, egritudo, cause, signa, et circumstantie singulorum. Porro ad scientiam et ueritatem trium disciplinarum questiones eque contendunt. Vtrum uoluptas eligenda sit uel non, ethica speculatio propter se utilis. Vtrum mundus eternus uel non, speculatio quidem philosophica est; ad scientiam et ueritatem, et forte 873 a ad aliud prodest; ut scilicet, cum creatus innotuerit, tanti operis ueneremur auctorem, cum transitorius, uilescat moribus piis, eo quod uanitati subiectus est totus. An contradictoriarum sit semper altera uera uel non, logica speculatur, et ad aliud confert ueritatis huius habere scientiam. Qui igitur de lana caprina contendunt iugiter, dialectica quidem problemata non exercent, et tam ab artificis materia quam ab officio remoti sunt; siquidem materia eius thesis uel positio est. Est autem positio opinio extranea alicuius notorum secundum philosophiam, ut quoniam omnia mouentur, quod Eraclitus, aut unum est ens, quod Melissus. Nullus enim, qui mentem habeat, deducet in questionem quod nulli uideatur, nec quod omnibus manifestum est, aut his quorum iudicium optinet. Nam hec b non habent dubitationem; illa autem nemo ponet. Quocirca nullam liberalium disciplinarum utiliorem esse crediderim quam istam a qua in omnes philosophie partes facilis et felix processus est; ad nullam enim scientiam inuenitur infirmus, cui probabilia innotescunt.

---

11 phisica A^2 17 igitur] ergo BA 23 hãt B

---

14 *uanitati subiectus*: v. Rom. viii. 20. 17 *de lana caprina*: Hor. *Ep.* i. 18. 15. 20 *Est autem positio* etc.: Ar. *Top.* i. 11. 104 b. 19 seqq. (Boeth. Interpr., Migne *P. L.* lxiv. 917). 23 *Nullus enim* etc.: v. Ar. *Top.* i. 11. 105 a 3 seqq. (Boeth. Interpr., Migne *P. L.* lxiv. 917).

Cap. 16. *Quod omnes alii professores huius Aristotili cedunt.*

Vnde quidem manifeste uidetur insanie, illi detrahere discipline, que omnes alias instruit, et sine cuius beneficio nullus recte inuestigationibus philosophicis procedit. Scripserunt de ea quamplures, et hi quidem, sicut acutissimi, ita
c et diligentissimi philosophorum, quos omnes reprehendi palam est ab his qui artem hanc criminantur. Studii namque detractio auctoris indubitata criminatio est. Vnum scio, quod Cornificium posteritas illis nequaquam preferet; nam Aristotiles, Apuleius, Cicero, Porphirius, Boetius, Augustinus, ut Eudemum, Alexandrum, Theophrastum, et alios expositores taceam (quorum tamen celebris gloria est), omnes artis huius uelut triumphatricis inter alias grandi preconio erexere uexillum. Sed cum singuli suis meritis splendeant, omnes se Aristotilis adorare uestigia gloriantur; adeo quidem, ut commune omnium philosophorum nomen preminentia quadam sibi proprium fecerit. Nam et antono-
d masice, id est excellenter, Philosophus appellatur. Hic ergo probabilium rationes redegit in artem et, quasi ab elementis incipiens, usque ad propositi perfectionem euexit. Hoc autem planum est his qui scrutantur et discutiunt opera eius. Voces enim primo significatiuas, id est sermones incomplexos, de gramatici manu accipiens, differentias et uires eorum diligenter exposuit, ut ad complexionem enuntiationum et inueniendi iudicandique scientiam facilius accedant. Sed quia ad hunc elementarem librum magis elementarem quodammodo scripsit Porphirius, eum ante Aristotilem esse credidit antiquitas prelegendum. Recte quidem, si recte doceatur; id est ut tenebras non inducat

5 phisicis C 12 theofrastum A

16 *adorare uestigia*: Forsan ad Statium in *Theb.* xii. 817 Thebaidem suam Vergilianae Aeneidos vestigia adorare jubentem respicit. 19 *Hic*: sc. Aristoteles. 23 *Voces enim* etc.: sc. in libro de Categoriis sive Praedicamentis inscripto: v. Boeth. in *Comm. in Porphyrium* i et *in Categ. Arist.* i (Migne *P. L.* lxiv. 71 seqq., 159 seqq.).

erudiendis nec consumat etatem. Indignum enim est, si in quinque uoculis addiscendis quis uitam terat, ut ei desit spatium procedendi ad illa quorum gratia debuerant hec 874 a predoceri. Vnde quoniam ad alia introductorius est, nomine Ysagogarum inscribitur. Itaque inscriptioni derogant qui sic uersantur in hoc, ut locum principalibus non relinquant, quibus ignotis non est quod introducentis opere gratia debeatur.

Cap. 17. *Quam perniciose doceatur, et que fuerint de generibus et speciebus opiniones modernorum.*

Nostri vero ad ostentationem scientie sue sic suos instituunt auditores ut non intelligantur ab eis; et apices singulos secretis Minerue grauidos opinantur. Quicquid unquam ab aliquo dictum aut factum est, excutiunt et teneris ingerunt auribus; ut, uitio quod a Cicerone argui- b tur, sepe minus intellecti sint ob rerum multitudinem quam ob difficultatem. Vtile quidem est et obuiantibus, sicut ait Aristotiles, confert opiniones multorum; ut ex earum conflictu ad inuicem quicquid non bene dictum uidetur, refelli ualeat aut mutari; sed nunc non erat his locus, cum oratio simplex, res breuis et facilis quantum potest debeatur introducendis. Adeo quidem ut et multa in rebus difficilibus facilius quam earum natura exigat, licentius proponantur; eo quod in puerilibus annis addiscuntur multa que serior philosophie tractatus eliminat. Naturam tamen uniuersalium hic omnes expediunt, et altissimum negotium et maioris inquisitionis contra mentem auctoris explicare

1 est enim A 7 *post* quod *add.* huic BA 14 fictum A

2 *quinque uoculis*: illis scilicet quae Praedicabilia appellari solent, id est, Genus, Species, Differentia, Proprium, Accidens. 11 *Nostri* etc.: Cum hoc capitulo cf. Fragm. Sangermanense *de Generibus et Speciebus* quod inter opera Abaelardi inedita typis commisit V. Cousin (*Ouvr. inéd. d'Abélard* pp. 507–50). 13 *secretis Minerue*: Hic translate de sapientiae arcanis; tamen ad versum Ovidii, *Met.* ii. 749, respicit. 17 *Vtile* etc.: Ad Ar. *Top.* i. 2. 101 a 30 seqq. respicere, alia tamen interpretatione quam Boethiana (Migne *P.L.* lxiv. 911) uti videtur, si *obuiantibus* pro *πρὸς τὰς ἐντεύξεις* ponatur, ubi *ad colloquia* habet Boethius. 27 *auctoris*: sc. Aristotelis.

nituntur. Alius ergo consistit in uocibus; licet hec opinio cum Rocelino suo fere omnino iam euanuerit. Alius sermones intuetur et ad illos detorquet quicquid alicubi de uniuersalibus meminit scriptum; in hac autem opinione deprehensus est Peripateticus Palatinus Abaelardus noster, qui multos reliquit et adhuc quidem aliquos habet professionis huius sectatores et testes. Amici mei sunt; licet ita plerumque captiuatam detorqueant litteram ut uel durior animus miseratione illius mouetur. Rem de re predicari monstrum ducunt; licet Aristotiles monstruositatis huius auctor sit, et rem de re sepissime asserat predicari; quod palam est, d nisi dissimulent, familiaribus eius. Alius uersatur in intellectibus, et eos dumtaxat genera dicit esse et species. Sumunt enim occasionem a Cicerone et Boetio, qui Aristotilem laudant auctorem, quod hec credi et dici debeant notiones. Est autem, ut aiunt, notio ex ante percepta forma cuiusque rei cognitio enodatione indigens. Et alibi: Notio est quidam intellectus et simplex animi conceptio.

2 roscelino A 5 peripatheticus A 14 boetio BA 16 ex *om.* A^1 *add* A^2

1 *Alius ergo* etc.: cf. *Policr.* vii. 12 (ed. nostrae ii. 142) *Fuerunt et qui uoces ipsas genera dicerent esse et species, sed eorum iam explosa sententia est et fere cum auctore suo euanuit.* Cf. *de Gen. et Spec.* pp. 522 seq. De Roscelino Compendiensi consule F. Picavet *Roscelin philosophe et théologien*, Par. 1896. Contra eum scripsit S. Anselmus tractatum de *Fide Trinitatis*; cf. ejusdem *Epp.* 35, 41, 51. (Migne *P. L.* clviii. 259 seqq. 1187, 1192, 1206). Vide etiam in Abaelardi *Opp.* ii (Migne *P. L.* clxxviii. 355 seqq.) inter Abaelardi Epistolas, *Ep.* 14, Abaelardi ad Gilbertum episcopum Parisiensem et *Ep.* 15, Roscelini ipsius ad Abaelardum: Abaelardi *Lib. Divisionum et Definitionum (Ouvrages inédits d'Abélard* p. 471); Ottonem Frisingensem *de Gestis Friderici* i. 49 (ed. Waitz, 1912, p. 69). Exstant etiam epistolae duo ad Roscelinum scriptae; quarum altera est S. Ivonis Carnotensis *Ep.* vii (Migne *P. L.* clxii. 17, 18): altera Theobaldi Stampensis *magistri Oxoniensis* ap. D'Achery *Spicileg.* (ed. Par. 1723) iii. 448 seq. 2–3 *Alius sermones* etc.: cf. *Policr.* vii. 12, *Sunt tamen adhuc qui deprehenduntur in uestigiis eorum* (sc. eorum qui cum Roscelino senserunt), *licet erubescant auctorem uel sententiam profiteri, solis nominibus inherentes, quod rebus et intellectibus subtrahunt sermonibus asscribunt.* 9 *rem de re* etc.: v. Boeth. *in Ar. de Interp. ed. II* v. 11 (ed. Meiser, p. 352). 12 *Alius uersatur* etc.: cf. *Policr.* vii. 12 *Alii discutiunt intellectus et eos uniuersalium nominibus censeri confirmant.* 14 *Cicerone*: v. *Top.* 7 § 31. *Boetio*: v. Boeth. *in Top. Cic. Comm.* iii (Migne *P. L.* lxiv. 1105 seq.). 16 *Est autem* etc.: v. Cic. *Top.* l. c. 18 *Notio est* etc.: v. Boeth. l. c.

Eo ergo deflectitur quicquid scriptum est, ut intellectus aut notio uniuersalium uniuersitatem claudat. Eorum uero qui rebus inherent, multe sunt et diuerse opiniones. Siquidem hic, ideo quod omne quod est, unum numero est, rem uniuersalem aut unam numero esse aut omnino non esse concludit. Sed quia impossibile substantialia non esse, existentibus his quorum sunt substantialia, denuo colligunt uniuersalia singularibus quod ad essentiam unienda. 875 a Partiuntur itaque status, duce Gautero de Mauritania, et Platonem, in eo quod Plato est, dicunt indiuiduum; in eo quod homo, speciem; in eo quod animal, genus, sed subalternum; in eo quod substantia, generalissimum. Habuit hec opinio aliquos assertores; sed pridem hanc nullus profitetur. Ille ideas ponit, Platonem emulatus et imitans Bernardum Carnotensem; et nichil preter eas genus dicit esse uel speciem. Est autem idea, sicut Seneca diffinit, eorum que natura fiunt exemplar eternum. Et quoniam uniuersalia corruptioni non subiacent, nec motibus alterantur, quibus mouentur singularia et quasi ad momentum aliis succedentibus alia defluunt, proprie et uere dicuntur esse uniuersalia. Siquidem res singule uerbi substantiui b nuncupatione creduntur indigne, cum nequaquam stent et fugiant nec expectent appellationem; adeo namque uariantur qualitatibus, temporibus, locis, et multimodis proprietatibus, ut totum esse eorum non status stabilis sed mutabilis quidem transitus uideatur. Esse autem, inquit Boetius, ea dicimus que neque intentione crescunt neque retractione minuuntur, sed semper sue nature subnixa

4 quod unum est numero est CBA 6 inpossibile A 13 assertores aliquos A^1 22 indignæ C et] sed BA 28 retractatione A^1 *sed prima manu corr.*

3 *qui rebus inherent*: i. e. qui universalia res esse opinantur; cf. in *Policr.* vii. 12 loco supra citato *solis nominibus inherentes.* 4 *omne quod est, unum numero est*: v. Boeth. *Comm. in Porph. III* (Migne *P. L.* lxiv. 110). 9 *Gautero de Mauritania*: De illo v. *Gall. Christ.*, ix. 533. Ex decano Laudunensi a. 1155 ad episcopatum Laudunensem consecratus est; obiit a. 1174. 15 *Bernardum Carnotensem*: v. supra ad i. 24. 16 *Seneca*: *Ep.* 58 § 19. 27 *Boetius*: v. *Arithm.* i. 1 (Migne *P. L.* lxiii. 1086).

subsidiis sese custodiunt. Hec autem sunt quantitates, qualitates, relationes, loca, tempora, habitudines, et quicquid quodammodo adunatum corporibus inuenitur. Que
c quidem corporibus adiuncta mutari uidentur, sed in natura sui immutabilia permanent. Sic et rerum species transeuntibus indiuiduis permanent eedem, quemadmodum preter fluentibus undis motus amnis manet in flumine; nam et idem dicitur. Vnde illud apud Senecam, alienum tamen: Bis in idem flumen descendimus et non descendimus. He autem idee, id est exemplares forme, rerum primeue omnium rationes sunt, que nec diminutionem suscipiunt nec augmentum, stabiles et perpetue; ut, etsi mundus totus corporalis pereat, nequeant interire. Rerum omnium numerus consistit in his; et, sicut in libro de Libero Arbitrio uidetur astruere Augustinus, quia he semper sunt, etiamsi temporalia perire contingat, rerum numerus nec
d minuitur nec augetur. Magnum profecto est et notum philosophis contemplantibus altiora quod isti pollicentur; sed, sicut Boetius et alii multi testantur auctores, a sententia Aristotilis penitus alienum est. Nam et ipse huic sententie, sicut euidens est in libris eius, sepius aduersatur. Egerunt operosius Bernardus Carnotensis et auditores eius ut componerent inter Aristotilem et Platonem, sed eos tarde uenisse arbitror et laborasse in uanum ut reconciliarent mortuos qui, quamdiu in uita licuit, dissenserunt. Porro alius, ut Aristotilem exprimat, cum Gilleberto episcopo Pictauensi uniuersalitatem formis

7 notus BA 20 penitus aristotilis B^1

8 *apud Senecam*: *Ep.* 58 § 23. *alienum*: sc. Heracliti. 14 *in libro de Libero Arbitrio*: ii. 17 (Migne *P. L.* xxxii. 1265, 6). 19 *Boetius*: e. g. in *Comm. in Top. Cic.* iii (Migne *P. L.* lxiv. 1106). 22 *Egerunt* etc.: Ipse tamen Boethius etiam se *Aristotelis Platonisque sententias in unum quodammodo reuocare concordiam* conatum esse confitetur; v. *Comm. in Ar. de Interpr.*, sec. ed. ii. 3 (ed. Meiser. p. 79). 27 *Gilleberto*: sc. Porretano. De illo vide Nostrum in *Hist. Pontif.* cc. 8–14 (ed. Poole, pp. 16 seqq.) et Ottonem Frisingensem in *Gestis Friderici* i. 48–56. Episcopus Pictaviensis creatus est a. 1142. Obiit a. 1154. Exstant a Gilberto scripta commentaria in Boethii opera theologica et liber insignis *de sex principiis* quem olim Organo ipsi Aristotelico editores subiungere soliti sunt.

natiuis attribuit et in earum conformitate laborat. Est autem forma natiua originalis exemplum et que non in mente Dei consistit, sed rebus creatis inheret. Hec Greco 876 a eloquio dicitur *idos*, habens se ad ideam ut exemplum ad exemplar; sensibilis quidem in re sensibili, sed mente concipitur insensibilis; singularis quoque in singulis, sed in omnibus uniuersalis. Est et alius qui cum Gausleno Suessionensi episcopo uniuersalitatem rebus in unum collectis attribuit et eamdem singulis demit. Exinde, cum ad interpretandas auctoritates uentum est, laborat pre dolore; quia in locis pluribus rictum littere indignantis ferre non sustinet. Est aliquis qui confugit ad subsidium noue lingue, quia Latine peritiam non satis habet; nunc enim cum genus audit uel species, res quidem dicit intelligendas uniuersales, nunc rerum *maneries* interpretatur. b Hoc autem nomen in quo auctorum inuenerit uel hanc distinctionem, incertum habeo, nisi forte in glosematibus, aut modernorum linguis doctorum. Sed et ibi quid significet non uideo, nisi rerum collectionem cum Gausleno, aut rem uniuersalem, quod tamen fugit maneriem dici; nam ad utrumqe potest ab interpretatione nomen referri: eo quod maneries rerum numerus aut status dici potest, in quo talis

13 satis non C^1: habet satis A

1 *formis natiuis*: v. Gilb. Porret. *in Boet. de Trin. Comm.* (Migne *P. L.* lxiv. 1267): *Nativa, id est concreta et inabstracta.* Cf. quae de formis in eodem loco habet, et eiusdem Gilberti *Comm. in Boet. lib. de Duabus Naturis* (Migne *P. L.* lxiv 1366). 2 *originalis*: sc. exemplaris in mente Dei, quod, ut infra ait, *idea* vocatur. 3 *Hec Greco* etc.: v. Sen. *Ep.* 58 § 20. 7 *Gausleno*: Etiam Josleno, Johelino, Jocelino vocato. De illo, qui episcopus Suessionensis erat ab a. 1126 usque ad a. 1152, cf. Nostrum in *Hist. Pontif.* c. 35 (ed. Poole, p. 70) et Ottonem Frisingensem in *Gestis Friderici* i. 52. Exstant in *P. L.* clxxxvi Gausleni sive Josleni opuscula quaedam, nihil tamen de universalibus. 9 *attribuit*: Boethio auctore, qui in *Comm. in Porph.* ii (Migne *P. L.* lxiv. 85) ait: *Nihilque aliud species esse putanda est nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimilium numero substantiali similitudine, genus vero cogitatio collecta ex specierum similitudine.* Cf. *Lib. de Gen. et Spec.* (Cousin, *Ouvrages inédits d'Abélard*, p. 523). 15 *maneries*: i. e. modus tractandi quasi *manuaria*: v. Murray, *New Engl. Dict.*, s. v. *manner*; cf. *Lib. de Gen. et Spec.* (loc. supra cit.). De vocabuli usu apud medii aevi scriptores v. Ducange s. v. et Prantl, *Gesch. der Logik* ii. 124 seq.

permanet res. Nec deest qui rerum status attendat, et eos genera dicit esse et species.

Cap. 18. *Quod posteriores semper priorum opiniones immutant.*

Longum erit et a proposito penitus alienum, si singulorum
c opiniones posuero uel errores; cum, ut uerbo comici utar, fere quot homines, tot sententie. Nam de magistris aut nullus aut rarus est qui doctoris sui uelit inherere uestigiis. Vt sibi faciat nomen, quisque proprium cudit errorem; sicque fit, ut, dum se doctorem corrigere promittit, seipsum corrigendum aut reprehendendum tam discipulis quam posteris prebeat. Ego ipse michi legem hanc non ambigo imminere, ut, dum ab aliis dissentio et dissensum scripto profiteor, me obicio reprehensionibus plurimorum. Qui enim loquitur, iudicatur ab uno uel a paucis; sed qui scribit, omnium sententias excipit et totius orbis et omnis etatis se exponit iudicio. Vt autem cum doctoribus mitius agam, sepius ad
d nomen quam ad rem uidentur plurimi disputare. Nichil tamen est quod artis huius minus deceat professorem, quoniam modus hic uiro graui inconuenientissimus est. Vt enim ait Aristotiles, omnino uerendum dialecticis huiusmodi ad nomen disputare, nisi quis aliter non possit de proposito disputare. Sane in articulis, ubi plurimum dissidere uidentur, alter alterius interpretationem admittit,

---

13 profiteor scripto A^1 21 dialeticis A

---

1 *permanet*: quasi *maneries* a *manendo* diceretur, quod de *manerio* (quod Anglice *manor* vocatur) constat esse verum. Cf. *de Gen. et Spec.* p. 523: *Hi tamen* (sc. qui voces solas genera et species esse asserunt) *exponunt genera* (in loco Boethii *in Cat. Ar.* i, Migne *P. L.* lxiv. 162 D): *id est manerias.* 6 *comici*: i. e. Terentii. 7 *quot homines, tot sententie*: Ter. *Phorm.* ii. 4. 14. 21 *omnino uerendum* etc.: Ar. *Top.* i. 18. 108 a 35 παντελῶς εὐλαβητέον τοῖς διαλεκτικοῖς τὸ τοιοῦτον τὸ πρὸς τοὔνομα διαλέγεσθαι, ἐὰν μή τις ἄλλως ἐξαδυνατῇ περὶ τοῦ προκειμένου διαλέγεσθαι. Alia versione hic uti videtur Ioannes quam ea quae Boethii appellatur, ubi legitur: *Omnino uitanda dialecticis hujusmodi ad nomen disputatio, nisi quis aliter non posset de proposito disputare* (Migne *P. L.* lxiv. 922).

etsi eam contendat esse ineptam. Itaque uicissim ducunt in crimine sermonem, non sensum alienum.

Cap. 19. *In quo non sit parcendum doctoribus huiusmodi.*

Sit ergo quod sententiis parcam, in quibus nec ipsi, si interpretationes inuicem supponere liceat, dissident; pauca tamen sunt in quibus eis non arbitror ignoscendum. Primum quod onera importabilia teneris auditorum humeris 877 a imponunt. Deinde quod, docendi ordine pretermisso, diligentissime cauent ne

singula queque locum teneant sortita decenter;

finem enim artis, ut sic dixerim, legunt in titulo, et non modo Topicorum, sed Analeticorum et Elenchorum uim Porphirius predocet. Postremo quod, quasi ab aduerso pectentes, ueniunt contra mentem auctoris et, ut Aristotiles planior sit, Platonis sententiam docent aut erroneam opinionem, que equo errore deuiat a sententia Aristotilis et Platonis; siquidem omnes Aristotilem profitentur.

Cap. 20. *Sententia Aristotilis de generibus et speciebus circumuallata rationibus multis et multarum testi-* b *monio scripturarum.*

Porro hic genera et species non esse sed intelligi tantum asseruit. Quid ergo ad rem attinet querere quid genus sit, si illud omnino non esse constiterit? In eo enim quod non est inepte queritur quid, quantum, aut quale est; si enim substantiam tuleris cuique, nichil ei relinquitur aliorum. Ergo si Aristotiles uerus est, qui eis esse tollit, inanis est opera precedentis inuestigationis in inquisitione substantie, quantitatis, aut qualitatis, aut cause; cum illius quod non est substantia aut quantitas aut qualitas nequeat assignari

7–8 imponunt humeris A^1

7 *onera* etc.: v. Matt. xxiii. 4. 10 *singula* etc.: Hor. *A. P.* 92. 13 *ab aduerso pectentes*: Anglice *combing the wrong way*. 21 *Porro hic* etc.: v. Boeth. *in Porph. Comm.* i (Migne *P. L.* lxiv. 82–6).

aut causa propter quam quod non est hoc aut illud sit aut
c tantum aut tale. Quare aut ab Aristotile recedendum est, concedendo ut uniuersalia sint, aut refragandum opinionibus que eadem uocibus, sermonibus, sensibilibus rebus, ideis, formis natiuis, collectionibus aggregant; cum singula horum esse non dubitentur. Qui autem ea esse statuit, Aristotili aduersatur. Nec uerendum ut cassus sit intellectus, qui ea perceperit seorsum a singularibus, cum tamen a singularibus seorsum esse non possint. Intellectus enim quandoque rem simpliciter intuetur, uelut si hominem per se intueatur aut lapidem, et ob hoc simplex est; quandoque gradatim suis incedit passibus, ut si hominem albere uel equum currere contempletur. Et hic quidem
d dicitur esse compositus. Porro simplex rem interdum inspicit ut est, ut si Platonem attendat, interdum alio modo; nunc enim componendo que non sunt composita, nunc abstrahendo que non possunt esse disiuncta. Qui enim hircoceruum cogitat aut centaurum, ignotam nature hominis ad bestiam aut bestie ad bestiam compositionem opinatur. At qui lineam aut superficiem attendit sine corpore, formam utique contemplationis oculo a materia disiungit, cum tamen sine materia forma esse non possit. Non tamen formam sine materia esse abstrahens hic concipit intellectus; compositus enim esset; sed simpliciter alterum sine altero, cum tamen sine altero esse non possit, intuetur. Nec hoc quidem simplicitati eius preiudicat, sed eo simplicior est quo simpliciora sine aliorum admixtione perspicit singu-
878 a latim. Hoc autem nature rerum non aduersatur, que ad sui inuestigationem hanc potestatem contulit intellectui,

8 percipit A^2 10 uelud A 28 rerum nature A^1

4 *uocibus*: sc. cum Roscelino; v. supra c. 17. *sermonibus*: sc. cum Abaelardo; v. supra c. 17. *sensibilibus rebus*: sc. cum Gautero de Mauretania docente *uniuersalia singularibus quod ad essentiam unienda*; v. supra c. 17. *ideis*: sc. cum Gautero de Mauretania ad sententiam Platonis et Bernardi Carnotensis converso; v. supra c. 17. 5 *formis natiuis*: sc. cum Gilberto Porretano; v. supra c. 17. *collectionibus*: sc. cum Gausleno Suessionensi; v. supra c. 17. 9-10 *Intellectus enim*: v. Ar. *de Interp.* i cum Boethii commentario. 18 *hircoceruum*: ex Ar. *de Interp.* i. 16 a 16.

ut possit coniuncta disiungere et disiuncta coniungere. Ceterum componens, qui disiuncta coniungit, inanis est; abstrahens uero fidelis, et quasi quedam officina omnium artium. Et quidem rebus existendi unus est modus, quem scilicet natura contulit, sed easdem intelligendi aut significandi non unus est modus. Licet enim esse nequeat homo qui non sit iste uel alius homo, intelligi tamen potest et significari; ita quod nec intelligatur, nec significetur iste uel alius. Ergo ad significationem incomplexorum per abstrahentem intellectum genera concipiantur et species; b que tamen, si quis in rerum natura diligentius a sensibilibus remota querat, nichil aget et frustra laborabit; nichil enim tale natura peperit. Ratio autem ea deprehendit, substantialem similitudinem rerum differentium pertractans apud se, diffinitque, sicut Boetius ait, generale conceptum suum, quod de hominum conformitate perpendit, sic: Animal rationale mortale; quod utique nisi in singularibus esse non potest. Sunt itaque genera et species non quidem res a singularibus actu et naturaliter aliene, sed quedam naturalium et actualium phantasie renitentes in intellectum, de similitudine actualium, tamquam in speculo, natiue puritatis ipsius anime, quas Greci ennoyas siue yconoyfanas appellant, hoc est rerum imagines in mente apparentes. Anima enim, quasi reuerberata acie contemplationis sue, in c seipsa reperit quod diffinit; nam et eius exemplar in ipsa est, exemplum uero in actualibus. Sicut enim cum in gramatica dicitur: Nomina que sic desinunt, feminina uel neutra sunt; generalis quedam prescribitur ratio, que quasi multorum declinabilium exemplar est, exempla uero in omnibus illius terminationis dictionibus manifesta sunt; sic quedam exemplaria concipiuntur in mente, quorum

20 in *om.* B 22 yconoyfanas] *In margine hanc glossam habent* CBA: ykos: imago nois: mens phanos: apparens 23 ymagines A 25 repperit A

15 *sicut Boetius ait*: v. Boet. *in Ar. de Interp. comm.* I. i. 5 (ed. Meiser, p. 72. 26) *de ratione id est definitione, quam Graeci* λόγον *dicunt*; cf. I. i. 2 (54. 16), II. ii. 5 (101. 15). 22 *ennoyas*: v. Cic. *Top.* 7 § 31; cf. *Tusc. Disp.* i. 24 § 57. *yconoyfanas*: v. gloss. in app. crit. 26–27 *in gramatica*: e. g. in Prisc. *Inst. Gram.* v. 3 seqq. (Keil, *Gramm. Lat.* ii. 142 seqq.).

exempla natura formauit, et sensibus obiecit. Illa itaque exemplaria cogitabilia quidem sunt et sunt quasi phantasie et umbre existentium, secundum Aristotilem; quas si quis apprehendere nititur per existentiam quam habent a singularibus separatam, uelut somnia elabuntur. Monstra
d enim sunt et soli intellectui patent. Quod autem uniuersalia dicuntur esse substantialia singularibus, ad causam cognitionis referendum est singulariumque naturam; hoc enim in singulis patet, siquidem inferiora sine superioribus nec esse nec intelligi possunt. Homo namque non est, nisi sit animal. Sed nec intelligitur homo, quin cointelligatur animal; quoniam homo est animal tale. Sic in Platone homo, quoniam Plato et est et intelligitur; talis autem iste homo. Ad hoc autem ut sit homo exigitur esse animal, nec conuertitur ut animal esse non possit aut intelligi, si non sit aut non intelligatur homo; nam in ratione hominis est animal, sed non in animalis ratione est homo. Quia ergo
879 a tale exigit tale, et non exigitur a tali, tam ad essentiam quam ad notitiam, ideo hoc illi substantiale dicitur esse. Idem est in indiuiduis, que exigunt species et genera, sed nequaquam exiguntur ab eis. Hoc enim nec substantiam habebit nec in notitiam ueniet, nisi sit species aut genus, id est, nisi quid sit aut innotescat tale uel tale. Vniuersalia tamen et res dicuntur esse, et plerumque simpliciter esse; sed non ob hoc aut moles corporum aut subtilitas spirituum aut singularium discreta essentia in eis attendenda est. Nam et ea que iacent sub affirmatione et negatione res dicuntur, et uera sepissime dicuntur esse, nec tamen substantiis vel accidentibus aggregantur aut nomen suscipiunt Creatoris aut Creature. Siquidem, ut ait Vlgerius

1 obicit BA 4 habeant A 5 sompnia A 10 nanque C 16 est *om.* BA

5–6 *Monstra enim sunt*: Sic secundum interpretationem quae Boethii appellatur, Ar. *An. Post.* i. 22. 83 a. 33 de ideis Platonicis: τερετίσματα γὰρ ἐστι (quasi τερατίσματα); v. Boeth. *Post. Anal. Interp.* c. 18 (Migne *P. L.* lxiv. 733). Vide infra de *noua translatione* quae rectius *cicadationes* exhibuit. 30 *Vlgerius*: Consecratus est episcopus Andegavensis a. 1125, obiit a. 1149 (v. *Gall. Christ.* xiv. 567 seqq.) De illo cf. *Hist. litt. de la France* xii. 302 seqq.; ubi, hoc loco male intellecto, dicitur

venerabilis Andegauorum episcopus in uenalicio disciplina- b
rum gratiosum ad inuicem debet esse uerbi commercium;
nam in philosophantium foro exuberat bonitas, et uerba
distrahuntur ad gratiam. Itaque detur ut sint uniuersalia,
aut etiam ut res sint, si hoc pertinacibus placet; non
tamen ob hoc uerum erit rerum numerum augeri uel
minui pro eo quod ista non sunt in numero rerum. Si quis
autem uniuersalia seorsim recenseat, numero quidem in-
ueniet esse subiecta, sed cui singularium numerus non
aggregatur. Sicut enim collegiis aut corporibus non con-
numerantur capita aut capitibus corpora, sic nec uniuersalia
singularibus nec singularia numeri accessione uniuersalibus
accrescunt; numerus enim dumtaxat illa complectitur que c
eiusdem rationis sunt et que in singulis rerum generibus
natura discreuit. Nichil autem uniuersale est, nisi quod
in singularibus inuenitur. Seorsum tamen a multis quesi-
tum est, sed tandem nichil inuenerunt omnes in manibus
suis; quoniam seorsum a singularibus nichil est, nisi forte
qualia sunt uera aut similia complexorum significata
sermonum. Nec moueat quod singularia et corporea ex-
empla sunt uniuersalium et incorporalium; cum omnis
ratio gerendi (ut ait Augustinus) incorporea sit et insensi-
bilis, illud tamen quod geritur, et actus quo geritur,
plerumque sensibilis sit. Ergo quod mens communiter
intelligit et ad singularia multa eque pertinet, quod uox

Ioannem nostrum Vlgerio librum attribuisse cui titulus erat *Venalicium disciplinarum.* Illius non exstant scripta praeter testamenta et epistolas quasdam (Migne *P. L.* clxxx. 1641 seqq.). Cf. S. Bernardi *Ep.* 200 ad Vlgerium ipsum ubi praedicat *grande nomen magistri Vlgerii*; etiam *Ep.* 340 ad Innocentium II papam pro Vlgerio *cujus senectutem venerabilem facit et uita et scientia* (Migne *P. L.* clxxxii. 367, 544). Vide etiam Ioannem nostrum in *Hist. Pontif.* c. 41 (ed. Poole, pp. 85 seqq.) *Querimoniam imperatricis* (sc. Matildae) *ad papam Innocentium* (sc. II) *Vlgerius Andegauorum uenerandus antistes detulit, arguens regem* (sc. Stephanum) *periurii et illicite presumptionis regni.* Orationem eius in causa ista pronuntiatum refert Ioannes, necnon *uerbum comicum* quo, *cum cognitioni cause supersederi videret, utebatur.*

19 *similia*: sc. *ueris.* 22 *Augustinus*: Locum Augustini hic laudatum invenire adhuc non potui. Forsan ex eodem fonte haec manaverunt unde quae de intellectu quasi ab Augustino dicta supra i. 13 refert Ioannes noster.

communiter significat et eque de multis uerum est, indu-
d bitanter uniuersale est. Sed et hoc ipsum, scilicet *quod intelligitur, quod significatur*, benignius interpretandum est, ut nequaquam ad disputandi decurratur angustias et artis gramatice subtilitatem, que ex sui natura, nisi uenia licentie impetrata, demonstratiuas dictiones infinitas esse non patitur; sed nec relatiuas uagas esse permittit, quin earum significatio aut determinatione persone aut actus aut actionis alterius coartetur; siquidem relatiua dictio est que significat rem, ut de qua precessit sermo uel cogitatio. Itaque cum dicitur: Sapiens est et felix qui bona nouit et ea fideliter exercet, relatiue dictiones, scilicet *qui* et *ea* etiamsi personam non exprimant, actus cognoscendi deter-
880 a minatione a sua quodammodo infinitate artantur. Necesse tamen est aliquem unum dictionibus subesse qui et bona nouerit et exerceat et ex eo sit felix. Nam ut nichil certum et finitum sit in quod cadat relatio, non contingit sine uitio aut figura. Vnde si equus promittatur in genere, et dicat stipulator: Equus qui michi promissus est, sanus aut eger est; cum omnis equus sit aut sanus aut eger, arguitur nugari, eo quod non est equus qui sit ei promissus. Non dico: Non est, eo quod non existat, nam et illud quod non existit, ut partus Arethuse, in certissimam deducitur obligationem, sed quia species, id est res discreta, obligationem generis non attingit. Cum enim dico: Quod promittitur, Quod significatur, Quod intelligitur, et similia,
b discretum aliquid promissioni aut significationi subiectum est, si tamen propria est ipsa relatio; fiunt tamen relationes in genere, que saluo intellectu ueri nequeunt reuocari ad speciem; ut cum dicitur: Mulier que saluauit damnauit;

9 actīs B: actiuis A 18 equo (eq°) B 30 dampnauit A

23 *Arethuse*: Quae, si poetis credas, in fontem a Diana adhuc virgo mutata est; v. Ov. *Met.* v. 577 seqq. 30 *Vt cum dicitur* etc.: Nam alia mulier quae salvavit, sc. Maria, alia quae damnavit, sc. Eva; aliud lignum quod mortis causam dedit, sc. arbor scientiae, aliud quod vitae, sc. crux Christi. Sic etiam aliae sunt frondes quas abstulit Boreas in hieme, aliae quas revehit in vere Zephyrus.

Lignum quod mortis et uite causam dedit ; et : Quas Boreas aufert, reuehit mitis Zephirus frondes. Sic et in his que predixi, relativas dictiones accipiendas arbitror, ut non decurrant ad speciem, id est ad diffinitum aliquod quod discernant, sed subsistant in genere. Puta : Quod significatur hoc nomine *homo*, species est, quoniam et homo significatur, et homo animalium species est. Quod significatur hoc nomine *animal*, est genus ; nam et animal significatur, et animal genus rerum est ; est enim significatum uocis in quod descendit aut quod animus rationabiliter concipit ex c uoce audita. Itaque qui audit hanc uocem 'Homo', nec omnes percurrit homines, quoniam hoc infinitum et uires excedit, nec tenetur in uno, quoniam hoc imperfectum et ad doctrinam parum. Sic et qui diffinit animal esse substantiam animatam atque sensibilem, non unum aliquod, ne imperfectum, nec omne diffinit, ne laboret in infinitum. Singulum enim horum non simpliciter quid significat aut diffinit, sed potius quale quid, non enim simpliciter hoc, sed potius quid tale. Simile est quod Galienus in Tegni medicinam dicit scientiam sanorum, egrorum, et neutrorum. Non inquit, omnium, quoniam hoc infinitum ; non quorumdam, quoniam hoc ad artem imperfectum, sed potius d quorum qualium. Item Aristotiles : Genera, inquit, et species circa substantiam qualitatem determinant ; non enim simpliciter quid, sed quodam modo quale quid determinant. Item in Elenchis : Homo et omne commune non hoc aliquid, sed quale quid, ⟨uel⟩ ad aliquid uel aliquo modo uel huiusmodi quid significat. Et post pauca : Manifestum quoniam non dandum hoc aliquid esse quod communiter predicatur de omnibus, sed aut quale aut ad aliquid aut quantum aut talium quid significare. Profecto

1 causam et uite C^1 27 uel *ante* ad aliquid *addidi ex Boet.*
28 significet A^1

16 *ne imperfectum* : subaudi *diffiniat.* 19 *Galienus in Tegni* : i.e. in Τέχνη ἰατρική ; v. Gal. *Art. Med.*, c. 2 (ed. Kuhn. i. p. 30). 23 *Aristotiles* : *Cat.* 5. 3 b 20. *Genera et species* : *Genus autem et species* Boeth. (Migne *P. L.* lxiv. 194). 26 *Item in Elenchis* : c. 22, 178 b, 37 seqq., 179 a 8 seqq. 30–31 *aut quale aut ad aliquid aut quantum aut talium quid* : *aut quantum aut quale aut ad aliquid aut aliquid talium* Boet (Migne *P. L.* lxiv. 1032).

quod non est hoc aliquid, significatione expressa non potest explanari quid sit. Existentium enim a natura certus est finis, et singula suis ab inuicem proprietatibus discreta
881 a sunt, sed eorumdem est plerumque minus finita cognitio et quodammodo conceptio uaga. Nec istis preiudicat quod fere in omnium ore celebre est, aliud scilicet esse quod appellatiua significant et aliud esse quod nominant. Nominantur singularia, sed uniuersalia significantur. Plane si relationem simplicem, que fit in genere, quis attendat, precedentibus nichil obest; si uero discretionem querit, forte non palam est quod discernat. Regulariter proditum est quia demonstratio primam, relatio secundam facit cognitionem. Porro cognitio rem, quatenus nouit, sibi quadam mentis capacitate diffiniens circumscribit ut nec
b prima nec secunda possit procedere cognitio, si res usque-quaque occurrat animo infinita. Omnis enim scientia siue notitia creature finita est; solius autem Dei, quoniam infinitus est, scientia infinita; suo tamen fine, scilicet infinito, quamlibet infinita certissime diffinit, et immensitatis sue scientia et sapientia, cuius numerus aut finis non est, circumscribit. Sed nos modulum humanum prosequimur, qui non primam, non secundam, non tertiam, sed nec aliquam rei infinite, nisi quod ignota quatenus infinita est, sibi scientie gloriam uendicat. Omnis itaque dictio, que demonstratiue aut relatiue significat, aut non satis proprie ponitur aut certo et sua ratione definito innititur subiecto; alioquin suo priuabuntur officio; cum ratio cognitionis certitudinis finem querat aut teneat. Frequens tamen est
c usurpatio et illicitorum ex causa commoditatis plerumque multus est usus. Admittitur itaque non modo ad cauillationem eorum quibus de quauis materia satis est oggarrire; sed etiam ad statuendam in auditoribus bone fidei ueri

12 *demonstratio* etc.: v. Prisc. *Inst.* xii. 4 (Keil *Gram. Lat.* ii. 579). 16 *Omnis* etc.: cf. Aug. *de C. D.* xii. 19. 20 *sapientia, cuius numerus* etc.: v. Ps. cxlvi. 5. 29 *usurpatio*: i. e. abusus. 31 *oggarrire*: Sic pro *oggannire*, quod vocabulum apud Terentium, *Phorm.* v. 9. 41, Apuleium, *Metam.* ii. 2 et 11, inuenias, scripsisse videtur Ioannes.

intelligentiam, quia 'omnis homo diligit se'. Quod si ex relatiue dictionis proprietate discutias, incongrue dictum forte causabaris et falsum; siquidem nec omnis omnem diligit, nec aliquis est qui diligatur ab omni, ut, siue collectiue siue distributiue accipiatur quod dictum est 'omnis', pronomen relatiuum 'se', quod subiungitur, nec uniuersitati singulorum nec alicui omnium ueraciter aptetur. Est itaque licentiosa relatio et, quasi legis sue uenia d impetrata, fidem uniuersalis de singularium ueritate conuincit. Quoniam enim in singulis uerum est quia quisque diligat se, et distributiua ratione quadam de uniuersis in commune affirmatur quod omnis homo diligit se, benignius quidem accepta relatione quam ut ex angustia gramatice uel uniuersitatem colligat uel aliquod singulorum ab uniuersitate singulatim excerpat. Vnde, ex sententia eorum qui angustiis et subtilitatibus semper insistunt nec bone fidei rationem in colloquiis aut lectionibus curant, hec potius enuntiationis forma est quam regularis forme enuntiatio. Idem quoque asserunt, quotiens pronominis fit ad nomen appellatiuum relatio, eo quod pronomen, quod 882 a semper demonstratiuum aut relatiuum est, proprii nominis expleat uicem; si tamen prime inuentionis cause recte respondeat; nam interdum ex indulgentia latius euagatur. Itaque cum dicitur: Si aliquid est homo, illud est animal; non tam ipotetice dictionis consequentia est quam in ipotetice dicendis consequentie forma. Illud enim quod dicitur, nec refertur ad hominem ex angustia disputandi, nec alio patet certum quid quo referatur. Vnde et importunitates multe ab his qui rerum ignaros aut benignioris ingenii homines uexant, cum ipsi inquieti obiurgatores et peruicaci instantie insistentes aut ex ignorantia aut ex proteruitate laborent, aut auiditate comproficiendi. Ergo b sicut cognitio certitudinem querit, sic demonstratiua et

25 ypotetice A 26 ypotetice A

20 *pronomen* etc.: v. Prisc. *Inst.* xii. 3 (Keil *Gram. Lat.* ii. 578).
32 *comproficiendi*: Hoc vocabulum non exhibent Lexica.

GIRTON COLLEGE LIBRARY

relatiua, que aut primam aut alteram faciunt cognitionem, certo et definito innituntur subiecto, et illud, si proprie fuerint posita, animo singulariter ostendunt. Sed esto ut statum aliquem generalem appellatiua significent (non enim contentionibus delector, qui me in his, que sunt dubitabilia sapienti, Academicum esse pridem professus sum,) status ille quid sit, in quo singula uniuntur, et nichil singulorum est, etsi aliquo modo somniare possim; tamen quomodo sententie Aristotilis coaptetur, qui uniuersalia non esse contendit, non perspicuum habeo. Sed et nomina que premisi, 'incorporeum' et 'insensibile', uniuersalibus conuenire, priuatiua in eis dumtaxat sunt, nec proprietates
c aliquas, quibus natura uniuersalium discernatur, illis attribuunt; siquidem nichil incorporeum aut insensibile uniuersale est. Nam quicquid incorporeum est, aut spiritus est aut proprietas corporis aut spiritus; quod si in rem uniuersalem non cadit, utique non recte incorporei suscipit nomen. Quid est autem incorporeum quod non sit substantia creata a Deo uel ipsi concretum? Ita, si uniuersalia incorporea sunt aut sunt substantie, corpora scilicet aut spiritus aut concreta his, et ex causa sue existentie et quodam substantie contactu sunt obnoxia Creatori. Valeant autem, immo dispereant uniuersalia, si ei obnoxia non sunt. Omnia per ipsum facta sunt, utique tam subiecta formarum quam forme subiectorum, ut sint quod a suis
d qualitatibus uel a suis dicuntur effectibus. Vt substantia ab eo substantia sit, sit quanta, sit qualis, sit ad aliquid, sit alicubi, sit aliquando, et aliquid habeat aut faciat aut patiatur, illo auctore per quem est omnis substantia, omnis proprietas substantie et omnis pars, omnis quoque compago partium. Forme quoque, tam substantiales quam accidentales habent ab ipso ut sint et ut suos subiectis operentur effectus. Quod itaque ei obnoxium non est, omnino nichil

6 achademicum AC 8 sompniare A 19 adeo A 23 obnoxii BA 26 effectibus dicuntur A

6 *pridem*: sc. in *Policr.* vii. 2. 11 *premisi*: v. supra 101. 21.
24 *Omnia* etc.: Ioan. i. 3.

est. Licet enim Stoici Deo ponant materiam coeternam et forme dicant nullum extitisse principium, tria ponentes principia, materiam, formam, et Deum, non creatorem quidem, sed predictorum conciliatorem; et alii quidam, professione et affectu philosophi, sed nequaquam ad plenum ueri notitiam assequentes, plura mentiantur principia; 883 a rerum omnium unum principium est, a quo est quicquid uero nomine censetur aliquid. Vt enim ait Augustinus, formatam creauit Deus materiam; siquidem, etsi alicubi dicatur informis, nunquam omnino extitit sine formis. Inuestigationi ergo ratio, non actui seruit, quoniam ylen, que informis nec est, nec esse, sed nec plane intelligi potest, deductis quodammodo formarum exuuiis, usque ad quandam nuditatem sui propriumque defectum intellectus prosequitur. Vires enim rationis quodammodo circa rerum principia euanescunt. Inde est quod Boetius in libro contra Nestorium et Euticen naturam diffiniens ait illam esse earum rerum que, cum sint, quoquo modo intellectu capi possunt. Exponens autem uim diffinitionis 'quoquo b modo', hoc uerbum propter Deum et materiam dicit appositum, quia in eorum scrutinio humanus deficit intellectus. Porro materiam Deus fecit ex nichilo; ipsique materie concreta est forma, eo quod simul eque de nichilo creata; ita tamen ut, sicut discretionis forme, ita priuilegium existendi materie relinquatur. Quodam enim modo per materiam existit forma, sicut discernitur materia ipsa per formam. Nam nec forma res per se existens est, nec materia sine forme beneficio discreta est. Chaos erit, aut potius mundus sensibilis nichil erit, nisi rerum effigies formis adhibitis natura componat. Eo spectat illud Boetii in primo de Trinitate; Omne esse ex forma est, quod et

1 stoyci A 9 deus creauit A^1 12 plene A^2

1 *Licet Stoici* etc.: v. Sen. *Ep.* 65. 8 *Augustinus*: v. *de Gen. ad Litt.* i. 15 (Migne *P. L.* xxxiv. 257). 16–17 *in libro contra Nestorium et Euticen*: c. 1 (ed. Peiper, p. 189). 23 *concreta*: In sequentibus concretionem discretioni opponit; *concretus* tamen verbi *concrescere*, *discretus* autem verbi *discernere* est participium. 30 *illud Boetii*: *de Trin.* c. 2 (ed. Peiper, pp. 152, 153).

subiectis declarat exemplis. Statua enim, inquit, non
c ab ere quod materia eius est, statua dicitur; sed ab Hectorea uel Achillea forma, que eri impresse sunt. Item es non a terra, que eius materia est, es dicitur, sed a formis quas a natura accepit. Terra quoque ipsa, non a potou yle, que materia eius est, dicitur terra, sed a siccitate et grauitate, que forme sunt. Cuilibet ergo esse quod est, aut quale aut quantum est, a forma est. Sed sicut materia habet ut possit hoc esse aut tantum aut tale; sic et forme habent a conditore ut possint uel hoc uel aliquid facere, puta animal aut lignum, aut tantum aut tale. Ceterum etsi mathesis, que doctrinaliter in abstractionibus uersatur et subtilitate sua naturaliter coniuncta disiungit, hec uicissim separatimque
d discutiat, ut natura compositorum fidelius et expressius teneatur; tamen alterum sine altero esse non potest, ut uel materia sit informis uel forma sine subiecto sit inanis. Alterius sic altera poscit opem res et coniurat amice. Vnde ab initio creata memorantur celum et terra, deinde ornatus tam eorum quam illorum que interiecta sunt media inter ignem et aquam, que quasi prima mundani corporis fundamenta iecit Deus; et in ipsa expressione rerum habita est mentio specierum. Non illarum dico, quas logici fingunt non obnoxias creatori; sed formarum in quibus res pro-
884 a dierunt primo in essentiam suam, et in humanum deinde intellectum. Nam hoc ipsum quod aliquid celum aut terra dicitur, forme effectus est. Item: Produxit, inquit, terra herbam uirentem, et lignum tale uel tale; ut materie

---

3 eis C^1 *forsan et* B^1: es *om.* B 5 apotoy · yle A 10 uel *ante* aliquid *om.* A 24–5 deinde intellectum] intellectum demum A^1, demum intellectum A^2

---

5 *a potou yle*: v. Peiper in app. crit. ad loc. Boetii. Antiquissimus codex, scilicet Tegernseensis, saec. x, *secundum* ΑΠΟΤΟΝ ΥΑΗΝ habet; coniecit Peiper *secundum ἄποπον ὕλην.* 12 *doctrinaliter*: Nam, ut ait Isidor. in *Etym.* ii. 24 § 14, *doctrinalis dicitur scientia quae abstractam considerat quantitatem.* 17 *Alterius* etc.: Hor. *A. P.* 410, 411. 18 *memorantur*: sc. in Gen. i. 26 *Produxit* etc.: v. Gen. i. 12. *Produxit* Aug. *de Gen. ad Litt.* ii. 12; *Protulit* Vulg.

formas doceret esse concretas et Deum, sicut herbe, ita et uiroris auctorem. Nam sine eo factum est nichil; sed profecto quicquid ab uno principio est, unum numero est ipsumque bonum, immo et ualde bonum, quoniam ab optimo est. Voluit enim Deus cuncta similia sui effici, prout natura cuiusque ex diuine dispositionis decreto capax bonitatis esse poterat; et sic facta sunt, approbante Deo opifice rerum, cuncta que fecerat ualde bona. Ergo si genera et species a Deo non sunt, omnino nichil sunt. Quod si unumquodque eorum ab ipso est, unum plane et idem bonum est. Si autem quid unum numero est, b protinus et singulare est. Nam quod quidam unum aliquid dicunt, non quod unum in se, sed quod multa uniat expressa plurium conformitate, articulo presenti non derogant; illud enim nec statim nec satis unum est, aut utique singulare est. Quantumlibet conformia sint opera Dei, omnia singularia sunt uicissimque discreta, illo sic disponente, qui omnia creauit in numero ad distinctionem, et pondere ad generis dignitatem, et mensura ad modum quantitatis certe, infinitam sibi reseruans in omnibus auctoritatem. Cetera enim omnia finita sunt. Omnis namque substantia accidentium pluralitate numero subest. Accidens autem omne et forma c quelibet itidem numero subiacet, sed non accidentium aut formarum participatione, sed singularitate subiecti. Habet itidem pondus suum uel pro ueneratione forme, si substantia est, uel pro dignitate effectus, si sit forma. Hinc est quod hominem in substantiis ex forme reuerentia brutis preferimus, quoniam rationalis est; et rationalitatem preponimus colori eo quod facit rationale. Mensura uero in eo consistit, quod res omnis certa quantitatis lege finitur; ut nec accidens siue forma rem subiectam, nec res subiecta accidentis aut forme modum excedat. Nam et color in toto diffunditur corpore, eiusque termino limitatur; et

24 subiectis A^1

2 *sine eo* etc.: v. Ioann. i. 3. 5 *Voluit* etc.: v. Pl. *Tim.* 29 E in vers. Chalc. 17 *illo sic disponente* etc.: v. Sap. xi. 21.

corpus ad coloris disponitur quantitatem, nec excedit nec
d infra subsistit. Sic et quodlibet accidens in toto sui subiecto est totaliter, si totius; partialiter, si pro parte; et quodlibet subiectum accidentis sui limitibus coequatur. Hoc idem de generibus et speciebus protestari non uereor quin mundo reclamante dicam quoniam a Deo sunt aut omnino nichil sunt. Clamat mecum et Dionisius Ariopagita et numerum quo discernuntur, pondus quo statuuntur, mensuram qua diffiniuntur omnia, Dei dicit imaginem: siquidem Deus sine numero numerus est, pondus sine pondere, sine quantitate mensura, in quo solo creata sunt omnia que facta sunt, in numero, pondere et mensura. Vnde Augustinus: Inuisibiles differentias inuisibilium solus ille ponderare potuit, qui omnia in numero, mensura et pondere disposuit,
885 a id est in seipso, qui est mensura, omni rei modum prefigens; et numerus, omni rei speciem prebens; et pondus, omnem rem ad stabilitatem trahens, id est terminans et formans et ordinans omnia. In operibus sex dierum in genere suo bona singula creata memorantur, nec tamen creationis uniuersalium mentio aliqua facta est; nec oportuit quidem, si essentialiter singularibus unita sunt, aut si Platonicum dogma optineat. Alioquin unde esse habeant aut quando ceperint, nusquam memini me legisse. Ergo dumtaxat intelliguntur, secundum Aristotilem, uniuersalia; sed in actu rerum nichil est quod sit uniuersale. A modo enim intelligendi figuralia hec, licenter quidem et doctrinaliter,
b nomina indita sunt. Nam omne quod homo est, iste uel ille est, id est res singularis; sed quia intelligi potest homo, ita quod nec iste intelligatur nec ille nec aliquid singularitate essentie unum; et secundum intellectum illum

3 si] sed A 7–18 Clamat *usque ad* ordinans omnia *om.* C *in textu, habet autem in margine* 7 arriopagita A^1 27 omnia B

7 *Dionisius Ariopagita*: v. *de Div. Nomin.* c. 4 § 4 (Migne *P. G.* iii. 697) in versione J. Scoti (Migne *P.L.* cxxii. 1130). Hunc locum mihi benevolenter indicavit v. r. P.G. Théry ex Ord. Praed. 9–10 *siquidem Deus* etc.: cf. Aug. *de Gen. ad Litt.* iv. 3, 4, 5 (Migne *P. L.* xxxiv. 299, 300). 13 *Inuisibiles* etc.: Locum Augustini hic laudatum invenire adhuc non potui; v. adnot. ad 101. 22 supra. Cf. *de Gen. ad Litt.* iv. 3 § 7. 21–22 *Platonicum dogma*: secundum quod sunt aeterna.

deliberari potest de re subiecta, id est actualiter exemplificari, ob intellectus communitatem; res que sic intelligi potest, etsi a nullo intelligatur, dicitur esse communis; res enim conformes sibi sunt, ipsamque conformitatem deducta rerum cogitatione perpendit intellectus. Siquidem homo homini conformis est, in eo quod uterque est homo, etsi personalibus proprietatibus differant. Habet autem commune cum equo (a quo tota specie, id est uniuersa nature sue forma, et, ut sic dixerim, tota facie dissidet) quod uiuunt et sentiunt, scilicet quod animalia sunt. Illud itaque c in quo conueniunt homines, nature forma similes et solo numero (quod hic scilicet unus, et ille alter) differentes, speciei censetur nomine. Quod autem diuersarum formarum quasi communis imago est, generis suscepit nomen. Ergo ex sententia Aristotilis genera et species non omnino quid sunt sed quale quid quodammodo concipiuntur; et quasi quedam sunt figmenta rationis seipsam in rerum inquisitione et doctrina subtilius exercentis. Et hoc quidem fideliter, quia, quotiens opus est, agitationis sue manifestum in rebus producit exemplum. Sic et ius ciuile sua figmenta nouit, et disciplina quelibet ea, per que ipsius procedat usus, excogitare non erubescit, sed propriis quodammodo d figmentis gaudet. Gaudeant, inquit Aristotiles, species, monstra enim sunt (uel, secundum nouam translationem: cicadationes enim sunt); aut, si sunt, nichil ad rationem. Quod etsi de Platonicis ideis possit intelligi, habita tamen ratione equiuocationis, qua ens uel esse distinguitur pro diuersitate subiectorum, species et genera utrumque non sine ratione esse dicuntur. Persuadet enim ratio ut ea dicantur esse, quorum exempla conspiciuntur in singularibus, que nullus ambigit esse. Non autem sic dicuntur genera et species exemplaria singularium ut, iuxta Platonici

14 suscipit A^2 28 ut cumque A

14–15 *ex sententia Aristotilis*: *Cat.* 5. 3 b 20. 23 *Gaudeant* etc.: Ar. *An. Post.* i. 22. 83 a 33. 24 *nouam translationem*: Vide quae scripsi in Prolegomenis ad *Policraticum* pp. xxiii–xxvii. Cf. V. Rose *Die Lücke im Diogenes Laertius und der alte Uebersetzer*, *Hermes* i. p. 383; C. H. Haskins, *Medieaval Science*, p. 236.

dogmatis sensum, forme sint exemplares, que in mente
886 a diuina intelligibiliter constiterint, antequam prodirent in corpora; sed quoniam, si quis eius quod communiter concipitur, audito hoc nomine, 'homo', aut quod diffinitur, cum dicitur 'homo esse animal rationale mortale' querat exemplum, statim ei Plato aliusue hominum singulorum ostenditur, ut communiter significantis aut diffinientis ratio solidetur. Possunt et monstra dici, quoniam inuicem res singulas monstrant, et monstrantur ab eis; fit enim nunc per priora, nunc per posteriora rerum manifestatio. Que autem communiora sunt, et priora quidem simpliciter, nam et in aliis intelliguntur; que uero singularia, posteriora. Sed plerumque que naturaliter priora sunt et notiora simpliciter, ignotiora sunt nobis. Nam que solida, magis
b familiariora sunt sensibus; que uero subtiliora, longius absunt. Vt enim ait Aristotiles, punctum quoniam prius est linea, et simpliciter euidentius, sic et linea superficie, superficies soliditate, unitas numero, quoniam eius principium est; littera quoque quam sillaba, et sic in aliis. Nobis autem e contrario quandoque accidit; nam hec quidem, id est posteriora, magis quolibet; illa autem priora magis subtili et habundanti intellectu comprehendere est. Vnde licet per priora melius fiat assignatio posteriorum, et disciplinabilius sit hoc ubique temptare; urgente tamen necessitate, ob impotentiam sensuum priorum sepe fit per posteriora explanatio; ut cum dicitur punctum linee, linea superficiei, superficies soliditatis ter-
c minus esse. Item unitas principium numeri, momentum temporis, orationis elementum. Sunt itaque genera et species exemplaria singulorum; sed hoc quidem magis ad rationem doctrine (si Aristotiles uerus est) quam ad causam essentie; procedit et hec monstruosa (ut licentius loquar,)

15 familiora A^1 17 est *om.* A 22 abundanti B 26–7 punctum dicitur B^1

1 *que in mente diuina* etc.: Priscian. *Inst. Gramm.* xvii § 44 (Keil. *Gramm. Lat.* iii. 135). Cf. Abaelard. *Introd. ad Theol.* ii (*Opp.* ed. Cousin, ii. p. 109; cp. ii. p. 14.). 16 *Vt enim ait Aristotiles*: v. *Top.* vi. 4, 141 a 5 seqq.

figmentorum speculatio usque ad uentilationem singularium. Et cum quelibet substantiarum ex proprietatibus constet, quarum collectio eadem non repperitur in alio, abstrahentis intellectus opera per se rem quamlibet contemplatur. Cum enim Plato esse non possit informis et expers loci aut temporis, eum ratio quasi nudum, deducto respectu quantitatis et qualitatis aliorumque accidentium, simpliciter intuetur et indiuiduum nominat. Sed et hoc utique doctrinalis instantie et subtilioris agitationis figmentum est. Nichil d enim tale in rebus occurrit; tale quid tamen fideliter intelligitur. Hinc forte est illud in Analeticis: Aristomenes intelligibilis semper est; Aristomenes autem non semper, quoniam corruptibilis est. Et hoc quidem est singulariter indiuiduum, quod solum quidam aiunt posse de aliquo predicari. Plato enim Aristidis filius nec quantitate ut athomus, nec soliditate ut adamas, sed nec predicatione, ut dicunt, indiuiduum est. Ego quidem opinionem hanc uehementer nec impugno, nec propugno; nec enim multum referre arbitror, ob hoc quod illam amplector indifferentiam in uicissitudine sermonum, sine qua non credo quempiam ad mentem auctorum fideliter peruenire. Quid obest si, quemadmodum genus de specie 887 a uerum est, ita et Plato iste sensibilis de filio Aristidis uerus sit, si ei solus Plato est filius? Sicut enim homo animal, ita et ille est Plato. Hoc enim ex opinione quorundam sensisse uisus est Aristotiles in Analeticis dicens: Omnium que sunt, hec quidem sunt talia, ut de nullo alio predicentur uere uniuersaliter, ut Cleon et Callias, et quod singulare et sensibile, de his autem alia; nam et homo et animal uterque eorum est. Illa uero ipsa quidem de aliis predicantur, de his autem alia priora non predicantur. Alia autem et

15 Aristidis] uel -tonis *add.* A²

11–12 *Aristomenes* etc.: v. Ar. *An. Prior.* i. 33. 47 b 21 seqq. sec. interpr. Boeth. (Migne *P. L.* lxiv. 677). 15 *Aristidis*: potius *Aristonis*. 25 *ille*: sc. *filius Aristidis*. 26–7 *Omnium que sunt* etc. usque ad *ueniens Calliam* (114. 6): Ar. *An. Prior.* i. 27. 43 a 25 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 669). 31 *de his autem alia priora*: *de illis autem alia prius* Boeth.

ipsa de aliis, et de his alia; ut homo de Callia, et de homine animal. Quoniam ergo quedam eorum que sunt, de
b nullo nata sunt dici palam; nam sensibilium pene unumquodque est huiusmodi ut de nullo predicetur, nisi secundum accidens; dicimus enim quandoque album illud Socratem esse, et ueniens Calliam. Sane inepta uidetur hec distributio, nisi sensibile contingat predicari, non tamen de alio, nisi secundum accidens. Si enim nec de se nec de alio ut secundum accidens predicatur, nec dicti ueritas nec ratio constat exempli. Quod si nec subici res sensibilis potest, Aristotilem nullus esse mentitum ambigit aut nugatum. Itaque hic, sicut et alibi, executus est quod decet liberalium artium preceptorem, agens, ut dici solet, Minerua pinguiori, ut intelligeretur; nec in generibus et speciebus hanc statuit
c difficultatem quam ipsi doctores nequeunt intelligere, nedum sufficiant aliis explanare. Ex hac Minerue pinguedine dictum est illud in Topicis: Differentie omnes aut species aut indiuidua erunt; siquidem sunt animalia; nam unumquodque animalium aut species est aut indiuiduum. Similiter et illud Boetii: Omnis species est suum genus. Nam omnis homo animal, omnis albedo color. Quid ergo prohibet iuxta hanc licentie rationem ea que sunt sensibilia uel predicari uel subici? Nec opinor auctores hanc uim imposuisse sermoni, ut alligatus sit ad unam in iuncturis omnibus significationem, sed doctrinaliter sic esse locutos, ut ubique seruiant intellectui qui commodissimus est et quem ibi haberi pre ceteris ratio exigit. Hoc ipsum ergo
d quod dicitur predicari, ab adiunctis plures significandi contrahit modos. Poterit tamen forte ubique aliquam quodammodo conuenientiam uel inherentiam designare. Nam cum sermo de sermone iungibilitatem quandam terminorum uere affirmationis innuit, cum de re sermo dicitur predicari,

4 predicentur A 4–5 *ante* secundum *add.* ut A 5 enim *om.* A¹ 26 comodissimus C

16 *Minerua pinguiori*: v. Cic. *de Amic.* 5 § 19. 17 *Differentie* etc.: Ar. *Top.* vi. 6. 144 b 1 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 977). 20 *illud Boetii*: Non adhuc inveni, quanquam rem ita esse saepissime docet; e. g. *in Porph. Dial.* i (Migne *P. L.* lxiv. 39) *Est enim species quae et ipsa genus est.*

ostenditur quod ei talis nuncupatio aptatur. Rem uero de re predicari interdum notat, quoniam hoc est hoc, puta Plato homo; interdum quoniam hoc participat hoc, utpote 888 a subiectum accidente. Nec erubesco confiteri quod res de re predicetur in propositione, etsi res in propositione non sit; cum hoc in mente michi uersetur quod res significetur predicato termino uere affirmationis, cuius subiecto aliqua de re agitur aut res aliqua significatur. Itaque non aduersandum littere arbitror, sed amicandum, eique mos gerendus est in admittenda licentioris uerbi indifferentia; nec ad omnem translationem aut usurpationem discole, ut creditur, dictionis lectorem uel auditorem decet dentem caninum exercere. Quod male fers, assuesce, feres. Et plane ingratus est et tam impudentis quam imprudentis ingenii qui ad omnia se docentis uerba mouetur et ei in aliquo b obtemperare detrectat. Sequamur ergo figuras auctorum, et singula dicta pensemus ex causis dicendi; inde enim fidelis sumenda est intelligentia. Sed et rei nomen latius pateat, ut possit uniuersalibus conuenire, que sic auctore Aristotile intelliguntur abstracta a singularibus, ut tamen esse non habeant, deductis singularibus; hoc enim, sicut ait, illi asserunt qui genus unum numero esse dicunt. Id autem faciunt qui formas solas ponunt, ideas scilicet, quas cum auctore suo Platone, quotiens datur occasio, uehementer impugnat. Vnde licet Plato cetum philosophorum grandem et tam Augustinum quam alios plures nostrorum in statuendis ideis habeat assertores, ipsius tamen dogma c in scrutinio uniuersalium nequaquam sequimur; eo quod hic Peripateticorum principem Aristotilem dogmatis huius principem profitemur. Magnum quidem est et, quod

18 sumenda est fidelis A^1 23 ydeas A 27 ydeis A 29 perhypateticorum A

12–13 *dentem caninum exercere*: v. Hier. *Ep.* 1 § 1 (Migne *P. L.* xxii. 513). 13 *Quod male* etc.: Ov. *Art. Am.* ii. 647. 21–2 *sicut ait*: sc., ut videtur, Boethius *in Porphyr. Comm.* II (Migne *P. L.* lxiv. 83). 26 *Augustinum*: v. *de div. qu. lxxxiii.* 46 (Migne *P. L.* xl. 29 seqq.). 29 *Peripateticorum principem Aristotilem*: ita dictum a Boethio in *Commentarii in Ar. de Interpr. ed. sec.* iii c. 9 (ed. Meiser p. 193).

Boetius in secundo commento super Porphirium nimis arduum fatetur tantorum uirorum diiudicare sententias; sed ei qui Peripateticorum libros aggreditur, magis Aristotilis sententia sequenda est; forte non quia uerior, sed plane quia his disciplinis magis accommoda est. Ab hac autem longissime uidentur abcedere tam illi qui genera et species uoces esse constituunt aut sermones, quam alii qui premissis de rerum inuestigatione opinionibus distrahuntur. Et quidem omnes ab Aristotile puerilius aut stolidius euagantur quam Platonici, cuius sententiam agnoscere dedignan-
d tur. Hec opinor debere sufficere, quod nec fideliter cum Porphirio nec utiliter cum introducendis uersantur qui omnium de generibus et speciebus recensent opiniones, omnibus obuiant, ut tandem sue inuentionis erigant titulum; cum hoc a proposito auctoris omnino dissideat et retundat ingenia auditorum et aliis articulis eque necessariis scitu locum inquisitionis esse non sinat.

EXPLICIT LIBER II

3 perhipateticorum A agreditur CB 5 acomoda CB
17 Explicit liber secundus A

1 *Boetius* etc.: sub fin. lib. i (Migne *P. L.* lxiv. 86). 10 *cuius*: sc. Platonis; v. supra (115. 23–5).

Anni fere uiginti elapsi sunt ex quo me ab officinis et palestra eorum qui logicam profitentur rei familiaris auulsit angustia et consilium amicorum quibus non obtemperare non potui. Exinde, ut ex animi mei sententia uerum fatear, nec in transitu uel semel dialecticorum attigi scripta, que uel in artibus uel in commentariis aut glosematibus scientiam pariunt aut retinent aut reformant. Aliis namque et non modo diuersis sed aduersis fere occupationibus interim distractus sum; ut uix uel ad horam, et hoc quodammodo furtim, philosophari licuerit. Siquidem Alpium iuga transcendi decies, egressus Angliam; Apuliam secundo peragravi; dominorum et amicorum negotia in Ecclesia Romana sepius gessi; et emergentibus uariis causis non modo Angliam sed et Gallias multotiens b circuiui. Ad hec cura rei familiaris, sollicitudinum concursus, gerendorum instantia, litteris dare operam non sinebant. Vnde me excusatiorem habendum puto in his que obtusius et incultius a me dicta lector inueniet. Ariditas enim lingue, torpor sensuum partim premissis, partim curialibus nugis ascribenda sunt, partim aduersarii dolo et impudentie, qui instantia peruicaci prouocauit incautum et utcumque respondere coegit inuitum. Michi itaque illud ethicum facit;

> Omnia fert etas, animum quoque; sepe ego longos
> cantando memini puerum me condere soles.
> Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoque Merim
> iam fugit ipsa.

Prologus tercii libri C *marg.*, B Incipit Prologus Libri Tercii A
6 dialeticorum A 23 utrumque B 26 puerum memini A^1

---

2 *elapsi sunt*: sc. in a. 1159. Verba ab *anni fere uiginti* usque ad *reformant* minio notavit Matthaeus Parker in margine cod. C. 12 *Alpium iuga transcendi decies*: i. e. quinquies in Italiam profectus est indeque rediit, scilicet, ut videtur, a. 1146–7; a. 1148–53; a. 1155–6; a. 1156–9; a. 1158–9; v. R. L. Poole, *The Early Correspondence of John of Salisbury*, p. 25; cf. *Eng. Hist. Review*, xxxviii pp. 321 seqq. *egressus Angliam*: i. e. postquam primum Angliam egressus sum. 21 *aduersarii*: istius scilicet, quem sub nomine Cornificii in libro primo castigaverat. 25 *Omnia* etc.: Verg. *Ecl.* ix. 51–4.

c Nonne ergo mecum inique agitur, si illa iuuenilis exigatur agilitas, si alacritas feruentis ingenii, si memorie fides in tanto tumultu rerum et etate circa seria dumtaxat occupata, nisi quatenus aut infirmitas carnis aut negligentia spiritus ex his suborta per fomitem peccati malicia serietatem minuit aut extinguit? Vtique sicut uirtus que annos preuenit, sic et illa que deficientes non deserit, acceptatur. Insignem fecit Ascanium Numanus prostratus a puero, et accessit Entelli titulis emerito seni cedens triumphis inclitus Dares; gloriosissimum enim est, si uirtuti natura cedere uideatur. Ego autem iam emeritus et tam etatis quam
d professionis aut ordinis priuilegio, si iura procederent, tutus, quodammodo protrahor ad arenam et deserta et desueta cogor instaurare certamina. Conditio dura et dira michi proponitur, ut aut conflictum ineam, quod non expedit, aut, quod omnino perniciosum est, uictus confessione turpi mendacio adquiescam. Turpitudinem itaque malui declinare, cui aut soli aut pre ceteris philosophantis pro-
890 a positum aduersatur. Et quia propriis non habundo, amicorum omnium iaculis indifferenter utor. Non enim, more coetaneorum nostrorum, domestica negligo instrumenta, sed ea tanto familiarius apprehendo, quanto ea certius noui esse fidelium munera amicorum. Rerum enim ueritas permanet incorrupta, nec unquam, quod in se uerum est, attestatione noui auctoris euanescit. Quis autem, nisi insulsus aut ingratus, propositum habebit autenticum, eo quod illud Coriscus, Brisso protulit aut Melissus, eque omnes ignoti, nisi quatenus ab Aristotile exempli gratia

27 mellissus CB

8 *Insignem* etc.: v. Verg. *Aen.* ix. 590 seqq. 8–9 *et accessit Entelli titulis* etc.: v. Verg. *Aen.* v. 362 seqq. 27 *Coriscus*: Nomine Corisci qui erat, teste Diog. Laert. iii § 31, ipsius Aristotelis in schola Platonis condiscipulus; saepissime ad significandum quendam hominem utitur Aristoteles; cf. de illo Werner Jaeger, *Aristoteles*, pp. 112 seqq. *Brisso*: i. e. Bryso, qui circuli quadraturam efficere conatus est; de quo v. apud Ar. *An. Post.* i. 9. 75 a 40 seqq. *Melissus*: philosophus Eleaticus, ad quem respicit Ar. *Top.* i. 11. 104 b 22, *Soph. El.* 5. 163 b 13, 6. 167 b 35, 30. 181 a 27.

nominati sunt? Et illud idem reprobabit eo quod a Gileberto, Abailardo, et Adam nostro sit prolatum? Vtique non sum ex eis qui bona temporis sui oderunt et coetaneos suos b inuideant commendare posteritati. Nemo nostrorum, quem nouerim, asseruit quoniam non est contradicere, aut quod moueri non contingit aut stadium pertransire, aut quia terra mouetur, quoniam omnia secundum Eraclitum moueri contingit; qui, sicut ait Marcianus, ardet, dum totus in igne est, ex quo omnia primordialiter composita esse contendit. Et he quidem accepte sunt opiniones ueterum, eo ipso quod ueteres; et nostrorum longe probabiliores et fideliores, eo quod nostrorum sunt, reprobantur. Dicat unusquisque quod sentit. Ego hoc ab inuidia plerumque arbitror prouenire; cum unusquisque in eo sue reputet derogatum, in quo aliquid laudi collatum est aliene. Ast ego propriam gloriam non affecto, sed illius a quo est quicquid in me uel in aliis bonum est. Et illorum honorem c desidero, qui michi contulerunt modicum illud, quod scio uel opinor, quoniam Academicus sum; idemque mei profectus non erubesco laudare auctores. Vt enim ait Plinius, boni ingenii laudabilis indoles est per quos profeceris confiteri. Illi quoque qui hoc ipsum nunc in me carpunt, quandoque auctore Deo bonorum laudabuntur auctores, quia eos uirtutis manet gloria et beneficio temporis coeuorum inuidia euanescet. Ergo procedat oratio, et que antiquate occurrent memorie de adolescentie studiis, quoniam iocunda etas ad mentem reducitur, compendiose

---

1–2 Gilleberto A 10 hec A 26 adholescentie A

1–2 *Gileberto*: sc. Porretano, de quo v. supra ii. 17. 2 *Adam nostro*: v. supra ii. 10. Nomina Gileberti, Abailardi, Adam minio notavit Matthaeus Parker in margine cod. C. 5 *quoniam non est contradicere*: cum Antisthene, sec. Arist. *Top.* i. 11. 104 b 20 (Migne *P. L.* lxiv. 917). 5–6 *aut quod moueri non contingit aut stadium pertransire*: cum Zenone; v. Ar. *Top.* viii. 8. 156 b 8 (Migne *P. L.* lxiv. 1002). 7 *secundum Eraclitum*: v. Ar. *Top.* i. 104 b 21 (Migne *P. L.* lxiv. 917). 8 *sicut ait Marcianus*: v. Mart. Cap. ii § 213. 12 *eo quod nostrorum sunt*: Quippe qui fidem Christianam profiteantur. 16 *illius*: sc. Dei. 20 *Plinius*: v. *Nat. Hist.* praef. § 21.

percurrat, qui pre ceteris et qualiter legendi sunt alacri
d commemoratione reuoluens. Que uero pretermissa aut uitiose dicta fuerint, obliuioni, tempori, et occupationibus imputentur.

Cap. 1. *Quomodo Porphirium legi oporteat et alios libros.*

Equidem ex animi mei sententia sic omnem librum legi oportet, ut quam facillime potest eorum que scribuntur habeatur cognitio. Non enim occasio querenda est ingerende difficultatis, sed ubique facilitas generanda. Quem morem
891 a secutum recolo Peripateticum Palatinum. Inde est, ut opinor, quod sed ad puerilem de generibus et speciebus, ut pace suorum loquar, inclinauit opinionem; malens instruere et promouere suos in puerilibus quam in grauitate philosophorum esse obscurior. Faciebat enim studiosissime quod in omnibus precipit fieri Augustinus, id est, rerum intellectui seruiebat. Itaque sic Porphirius legendus est, ut sermonum, de quibus agitur, significatio teneatur, et ex ipsa superficie habeatur sensus uerborum; sic enim satis introductorius erit et facili breuitate conspicuus. Sufficiat ergo introducendo nosse quia nomen generis multiplex est et a prima institutione significat generationis principium, id est parentem a quo uel locum in quo quis genitus est.
b Vnde Polinices, ab Adrasto genus interrogatus, ait utrumque complectens:

Cadmus origo patrum, tellus Mauortia Tebe.

Deinde hinc translatum est ad significandum id quod de differentibus specie in quid predicatur. Item et species

Capitula Libri Tercii *et post capitula* I. Equidem *etc.* C Explicit prologus Incipiunt capitula libri tertii (*Sequuntur capitula*) Capitulum I B 5 porhirium B opportet CB 10 perhipateticum A 25 thebe A

10 *Peripateticum Palatinum*: sc. Abailardum. 15 *Augustinus*: qui talia precipit in libro *de Magistro*. 20 *quia nomen generis* etc.: ut docet Porphyrius in *Introd.* a Boethio translata (ed. Busse p. 26). 25 *Cadmus* etc.: Stat. *Theb.* i. 680. 26 *ad significandum* etc.: v. Porph. *Introd.* a Boeth. tr. (ed. Busse p. 27). 27 *in quid*: *in eo quod quid* Boeth. *Item et species* etc.: v. Boeth. *in Porph. Dialog.* i (Migne *P. L.* lxiv. 37 seqq.).

multipliciter dicitur; nam ab institutione formam significat, que in liniamentis membrorum consistit; unde et 'speciosus' idem est 'formoso'. Hinc autem sumptum est ad significationem eius quod in quid de differentibus numero predicatur. Vnde constat nomina hec non esse secunde impositionis, sed, cum prime sint, ex translatione deuocari ad aliam significationem; quod, quia non ornatus sed necessitatis causa contingit, equiuocationi comparatur. c
Tertiam eiusdem apponit Boetius significationem, dicens formam substantialem speciei, puta humanitatem, hominis speciem appellari. Sed hanc subtilem speciem nominat et ex industria asserit a Porphirio pretermissam, ne nimia grauitate introducendorum animos retardaret. Quid ergo sibi uoluit qui non modo hanc contra consilium auctoris, sed quicquid aliud excogitari potest, adiciunt? Hoc credo appetunt, ut uideantur multa scire et bene dixisse, cum id egerint ut minus fuerint intellecti. Idem fiat in differentia, proprio, et accidente. Vocabulorum simpliciter aperiantur significationes, apprehendatur illa que proposito congruit per descriptiones certissimas, deinde singulorum sequantur diuisiones. Postremo differentie singulorum ad singula, d
sicut occurrunt, in superficie assignentur; et Porphirium perlegisti. Littera enim suauiter excutienda est et non more captiuorum acerbe torquenda, donec restituat quod non accepit. Porro austerus nimis et durus magister est, tollens quod positum non est et metens quod non est seminatum, qui Porphirium cogit soluere quod omnes philosophi acceperunt; cui satisfactum non est, nisi libellus

4 inquit B^1 19 aprehendatur C

2–3 *unde et 'speciosus'* etc.: Ad Porphyrii a Victorino factam versionem respicit qua utitur Boethius in Dialogo: *unde pulcherrimos quosque speciosos dicimus* (Migne *P. L.* lxiv. 37). 4 *in quid*: *in eo quod quid* Boeth. 5 *Vnde constat* etc.: Bene notandum est Ioanni iam familiarem fuisse distinctionem postea celeberrimam istam nominum primae atque secundae impositionis sive intentionis cuius auctorem apud Latinos Alberto Magno (quem eam Avicennae debuisse asserit) antiquiorem non citat Prantlius; v. *Gesch. der Logik* iii. p. 91. 9 *Boetius*: v. *Comm. in Porph.* iii (Migne *P. L.* lxiv. 99). 25 *austerus* etc.: v. Luc. xix. 21.

doceat quicquid alicubi scriptum inuenitur. Plane ueritas est amica simplicitati; et qui indebitum exigit quod debitum erat accipere sepissime demeretur. Quicquid
892 a autem littere facies indicat, lector fidelis et prudens interim ueneretur ut sacrosanctum, donec ei alia docente aut Domino reuelante ueritas plenius et familiarius innotescat. Quod enim unus fideliter et utiliter docet, alter eque fideliter et utiliter dedocet. Siquidem recte docentis officium pro ratione temporis et persone quod cuique nouerit expedire dispensat. Nam Porphirius corpus asserit esse genus hominis, quoniam et animalis. Aristotiles autem hoc dedocet, et eorum purgat errorem, qui genus secundum quid opinantur de specie predicari; non enim secundum quid de specie predicatur. Ex quo palam est uisibile aut sensibile non esse genus animalis; predicantur enim secundum quid,
b id est, secundum corpus, non animam; quare, inquit, corpus non erit genus animalis, eo quod pars est. Nullo enim modo pars de toto predicatur; ita quidem, si locutio propria; nam in figuratis nichil prohibet. Tradunt utique gramatici tropum locutionis esse qui sinedoche appellatur, et nomen totius parti et itidem partis nomen toti attribuit; res enim dignioris aut notioris partis plerumque suscipit nomen. Vnde homo, qui ex anima constat et corpore, et sicut Cicero, Apuleius et, quod maius est, Ieronimus, Augustinus et multi alii, tam nostrorum quam

7 aliter B 16 inquid B

10 *Nam Porphirius* etc.: v. *Introd.* a Boeth. tr. p. 29. 11 *Aristotiles*: v. *Top.* iv. 5. 126 a 17 seqq. in versione Boethiana (Migne *P. L.* lxiv. 950). 16 *inquit*: ibidem 126 a 28 (in vers. Boeth. p. 950). 20 *sinedoche*: i. e. *synecdoche*: v. Donat. *Art. Gram.* iii. 6 (Keil *Gram. Lat.* iv. 400). 24 *Cicero*: v. *de Fin.* iv. 10 § 25, *Sumus igitur homines; ex animo constamus et corpore*; v. 12 § 34 *Perspicuum est hominem e corpore animoque constare, cum primae sint animi partes, secundae corporis.* *Apuleius*: v. *de Dogm. Plat.* i. 13. *Quare idem* (sc. Plato) *bene hominis pronuntiat esse animam esse corporis dominam.* 25 *Ieronimus*: v. *adv. Iovin.* ii. 10 *Corpus sine ratione et imperio animae in suum fertur interitum* (Migne *P. L.* xxiii. 299). *Augustinus*: v. *de C. D.* x. 6. *Corpus quo inferiore tanquam famulo uel tanquam instrumento utitur anima Ep.* iii § 4 (Migne *P. L.* xxxiii. 65) *Vnde constamus? Ex animo et corpore. Quid horum melius? Videlicet animus.*

Gentilium testantur, non magis est corpus quam anima, sed quodammodo minus; corporis censetur nomine secundum publicum usum, quoniam pars illa euidentior est et sensibus notior; eque tamen uerum est, sed a solis philo- c
sophis recipitur, ipsum esse animam. Nec tamen ob hoc esse incorporeum sequitur; quoniam, ut aiebat Abaelardus, negatio uehementior est. Figuratiue quoque locutionis progressum inhibebat; eo quod figuras non licet extendere, que ipse non recipiuntur, nisi cum expedit. Nullum autem
genus figuraliter aut translatiue de specie predicatur; semper enim et proprie uerum est de omni eo cuius est genus. Si quid autem non modo in Porphirio, sed in quauis scripturarum intellectu difficilius occurrit, non statim deterreat legentem aut audientem, sed procedat;
quia se inuicem interpretantur auctores et singule scripture uicissim sunt indices aliarum, unde legentem plurima aut nulla aut paucissima latent.

Cap. 2. *De Cathegoriarum utilitate et instrumentis.* d

Cathegoriarum liber Aristotilis elementarius est, et acce-
dentis ad logicam quodammodo infantiam excipit. Tractat enim de sermonibus incomplexis in eo quod rerum significatiui sunt; quo nichil prius est apud dialecticum. Premittit autem de equiuocis, uniuocis, et denominatiuis, quoniam eorum notitia diffinienti, diuidenti, et colligenti
plurimum necessaria est. Siquidem equiuocatio multos inducit errores, si lateat, et negotiantes impedit, si unus nesciat quo ferat alius intellectum. Manifestato autem, ut ait Aristotiles, quot modis dicatur, et ad quid ferens ponat,

16 iudices A^1

21 *incomplexis*: v. Ar. *Cat.* 2. 1 a 16; Boeth. *in Cat.* i (Migne *P. L.* lxiv. 168). 22–3 *Premittit*: v. Boeth. *in Cat.* i (Migne *P. L.* lxiv. 163 seqq.). 23 *de equiuocis* etc.: v. *Cat.* 1. 1 a 1 seqq., ubi ὁμώνυμα, συνώνυμα, παρώνυμα exponit Aristoteles. 27 *Manifestato* etc.: Ar. *Top.* i. 18. 108 a 24 seqq. Notanda est discrepantia textus nostri ab edd. interp. quae Boethii dicitur (Migne *P. L.* lxiv. 922). 28 *quot modis*: *quotupliciter* Boeth.

ridiculosus uidebitur interrogans, si non ad hoc sermonem
893 a faciat. Vtile autem et ad non paralogizari et ad paralogizare. Scientes enim quotiens dicitur, non paralogizabimur, sed sciemus si non ad idem sermonem faciat qui interrogat; et ipsi interrogantes poterimus paralogizare, semper quidem, si eorum que multipliciter dicuntur, alia fuerint uera, alia falsa; nisi et is qui respondet nouerit quotiens dicitur. Vniuocorum quoque et denominatiuorum adeo necessaria est cognitio, ut hec tria, scilicet equiuoca, uniuoca, et denominatiua asserat Isidorus cathegoriarum instrumenta; siquidem quecumque predicantur, aut equiuoce aut uniuoce aut denominatiue suis applicantur subiectis. Equiuoce quidem, si non eodem sensu; uniuoce, si eodem; denominatiue, si non prorsus eodem, nec prorsus
b alio, sed adiacente sibi uicinitate quadam intellectu uerborum, sicut manente conformitate uocum. Sic a bonitate bonus, a fortitudine fortis dicitur, ut ex ipsa uerborum forma perpendatur quodammodo adiacens intellectus. Vnde ex opinione plurium idem principaliter significant denominatiua et ea a quibus denominantur, sed consignificatione diuersa. Aiebat Bernardus Carnotensis quia *albedo* significat uirginem incorruptam, *albet* eandem introeuntem thalamum aut cubantem in thoro, *album* uero eandem, sed corruptam. Hoc quidem quoniam *albedo* ex assertione eius simpliciter et sine omni participatione subiecti ipsam significat qualitatem, uidelicet coloris speciem, disgregatiuam uisus. *Albet* autem eandem principaliter, etsi

4 scimus C^1 7 his A 10 isydorus A categoriarum A

2 *Vtile* etc. usque ad *paralogizabimur*: *Vtile etiam et ut non falsa ratione decipiamur, sed non decipiamus potius, nam scientes quotupliciter dicitur, non allucinabimur* Boeth. *paralogizare*: *apparenti ratiocinatione fallere* Boeth. 10 *Isidorus*: v. *Etym.* ii. 26 § 2. 17 *a fortitudine fortis*: Hoc est exemplum Aristotelicum, 1 a 14; Migne *P. L.* lxiv. 167. 20–1 *consignificatione*: *consignifico* apud Boethium est quod προσσημαίνειν apud Aristotelem. 21 *Bernardus Carnotensis*: v. infra i. 24, ii. 17. 26–7 *disgregatiuam uisus*: διακριτικὸν ὄψεως Ar. *Top.* iii. 5. 119 a 30, vii. 3. 148 a 38; Migne *P. L.* lxiv. 939, 990.

participationem persone admittat. Si enim illud excutias, c
quod uerbum hoc pro substantia significat, qualitas albedinis occurret, sed in accidentibus uerbi personam reperies. *Album* uero eandem significat qualitatem, sed infusam commixtamque substantie et iam quodammodo magis corruptam; siquidem nomen ipsum pro substantia subiectum albedinis, pro qualitate significat colorem albentis subiecti. Videbatur etiam sibi tam de Aristotile quam de multorum auctoritatibus niti. Ait enim: *Album* nichil aliud significat quam qualitatem. Multa quoque proferebat undique conquisita, quibus persuadere nitebatur res interdum pure, interdum adiacenter predicari, et ad hoc d
denominatiuorum scientiam perutilem asserebat. Habet hec opinio sicut impugnatores, sic defensores suos. Michi pro minimo est ad nomen in talibus disputare, cum intelligentiam dictorum sumendam nouerim ex causis dicendi. Nec sic memoratam Aristotilis aliorumue auctoritates interpretandas arbitror, ut trahatur istuc quicquid alicubi dictum reperitur. Nam apud eundem motus de animali, uigilatio de bipede astruitur predicari, et sic plura. Alioquin Analeticorum exempla non recte procederent, et apud eundem, quod si *cecitas* et *cecum esse* idem essent, de eodem predicarentur; nunc autem homo cecus dicitur, cecitas uero minime. Non est itaque ex leui occasione uerbi menti auctorum preiudicandum, que ex circumstantia sermonis 894 a
pensanda est. Non enim omnis dictio semper eodem formatur scemate. Plane denominatiua non eundem his a quibus denominantur intellectum significant, nec in eandem rem descendit animus his auditis; nec eorundem appellatiua sunt; a se enim inuicem plerumque remouentur et ad

---

3 repperies A 18 istud B 28 denominatur B

---

9 *Ait enim*: sc. Aristoteles; v. Ar. *Cat.* 5. 3 b 19; Boeth. *in Cat. Ar.* i (Migne *P. L* lxiv. 180). 15–16 *intelligentiam dictorum* etc.: v. Hilar. *de Trin.* iv. 14 (Migne *P. L.* x. 107); cf. supra i. 19. 19 *apud eundem*: sc. Aristotelem: v. *An. Pri.* i. 9, 11, 30 b 6, 31 b 28; Migne *P. L.* lxiv. 649, 651. 21–2 *apud eundem*: sc. Aristotelem: v. *Cat.* 10. 12 a 39 seqq.; Boeth. *in Cat. Ar.* iv (Migne *P. L.* lxiv. 271).

ea sequitur contradictio. Interdum tamen se patienter admittunt, et de eodem simul uel de se inuicem predicantur denominatiue coniugata. Nam et bonitas bona, una unitas dicitur. Regulare tamen est ut ad ea sequatur contradictio, quod tamen ex causa consignificationis magis quam significationis asserunt euenire. Et hoc quidem probabiliter; an satis uere diiudicent periti. Nam ad ea que idem signifi-
b cant ex causa consignificationis dumtaxat sequitur contradictio. Singularis enim numerus positus eiusdem nominis pluralem tollit, ut si quid *homo* est, illud *homines* non est. Nichil equidem refert unde proueniat, cum eo tendat dialectices tota intentio, ut sermonum uim aperiat et ex eorum predicatione examinandi ueri et statuendi scientiam assequatur. Hoc agit, siue diuidat siue diffiniat siue colligat siue ea que fuerint collecta resoluat. Ergo denominatiua significant quodam modo qualia ex aliquibus; illa uero, a quibus denominantur, notant a quibus qualia. Nam *fortitudo* significat ex quo quis fortis; *fortis* autem, qualis quis ex fortitudine; unde et fortitudinis dicitur nomen, non
c ut cuius, sed ut ex quo; indicat enim causam. Hinc est illud Gregorii: *Angelus* nomen officii est, non nature; siquidem ex officio est, sed persone, significatque, ut dictum est, quodammodo quale quid illo ministret officio. Plura sunt in hunc modum, ut *consul* dignitatis, *studiosus* uirtutis, *Platonicus*, *Socraticus* professionum sunt nomina; predictas itaque res significant. Ex quo liquet quoniam significare, sicut et predicare, multipliciter dicitur; sed quis modus familiarissimus sit, discernere palam est. Inde est quod *iustus* et similia passim apud auctores nunc dicuntur iustum, nunc iustitiam significare uel predicare. Sed aut omnino non conuertitur, aut rarissime inuenitur; si tamen hoc alicubi, quod *iustitia* iustum significet

---

21 *illud Gregorii*: v. Greg. *Hom. in Euang.* xxxiv § 8 (Migne *P. L.* lxxvi. 1250). Gregorius tamen in hoc Hieronymum (*contra Ioann. Hieros.* § 17, Migne *P. L.* xxiii. 369) et Augustinum (*Enarr. in Ps. ciii* § 15, Migne, xxxvii. 1348) secutus est. 26 *predictas itaque res*: sc. dignitatem, virtutem, professionem.

aut predicet. Boetius autem in libro de Trinitate: Cum, d
inquit, dico 'Deus iustus est', qualitatem uideor predicare; sed predico substantiam, immo eam que est supra substantiam. Quare, inquam, qualitatem uidebitur predicare, si hoc nomen *iustus* non predicet qualitatem. Tale est illud Aristotilis: Qualitatem significant, ut *album*; quantitatem, ut *bicubitum*. Sic utique quia dantur a qualitate uel quantitate, ita et qualitatem predicant, quam apposita demonstrant inesse subiectis; interdum dicuntur significare qualia, quoniam appositione sua declarant qualia sint subiecta. Sed hec a se, si sit benignus interpres, non multum distant, etsi audito *albus* intelligatur in quo albedo; cum autem *albedo* dicitur, non intelligitur in quo talis color; sed potius color faciens tale. Illud uero quod 895 a
audita uoce concipit intellectus, ipsius familiarissima significatio est.

Cap. 3. *Que sit predicamentorum conceptio, et quibus contenta sit sobrietas philosophantium.*

Quia ergo aut equiuoce aut uniuoce aut denominatiue, ut sequantur indifferentie rationem, singula predicantur, ipsaque predicatio quedam ratiocinandi materia est, predicamentorum premissa sunt instrumenta, que negotiantium ex arte operam impediunt aut promouent et procurant. Multiuoca et diuersiuoca, que Boetius adicit, magis ad gramaticam pertinent. Multiuoca autem sunt, cum in eiusdem rei intellectum et nominationem plura uerba concurrunt; ut *ensis, mucro, gladius*. Diuersiuoca, que sensu et uoce b
diuersa sunt; ut *homo, lapis*. Rationem uero indifferentie,

2 inquid A 11 sunt A 23 et] aut A *ante* multiuoca *add.* Nam A

1 *Boetius* etc.: v. *de Trin.* c. 4 (ed. Peiper p. 156). *Nam cum dicimus 'Deus', substantiam quidem significare videmur, sed eam quae sit ultra substantiam; cum uero iustus, qualitatem quidem sed non accidentem, sed eam quae sit substantia sed ultra substantiam.* 6 *illud Aristotilis*: v. *Cat.* 4. 1 b 28, 29; Boeth. *in Cat. Ar.* i (Migne *P. L.* lxiv. 180). 22 *instrumenta*: ut ea appellat Isidorus; v. supra (124. 10). 23–4 *Multiuoca et diuersiuoca*: v. Boet. *in Cat.* i (Migne *P. L.* lxiv. 168).

quam semper approbamus, liber iste commendat pre ceteris; etsi ubique diligenter inspicienti manifesta sit. Agit enim nunc de significantibus, nunc de significatis, aliorumque doctrinam facit nominibus aliorum. Sunt qui librum istum, quoniam elementarius est, inutilem fere dicunt, et satis esse putant ad persuadendum se in dialectica disciplina et apodictica esse perfectos, si contempserint uel ignorauerint illa, que in primo commento super Porphirium antequam artis aliquid attingatur docet Boetius prelegenda. Longe michi alia mens est, nec uideo quomodo sine isto quis magis possit
c esse logicus quam sine litteris litteratus. Hinc enim quid in rebus uniuersale, quid singulare, quid substantia, quid accidens, quid in sermonibus equiuoce, quid uniuoce, quid denominatiue dicatur, conspicuum est. Hinc incomplexorum significatio innotescit; hinc rectissime inuestigationis docetur modus; hinc ad notitie perfectionem prima et dilucida patet uia. Siquidem ad habendam perfectam cuiusque rei notitiam Peripatetice discipline, que in inuestigatione ueri laborat, pre ceteris uidentur ista sufficere. Primo quidem nosse de aliquo an sit: deinde quid, quale, quantum, ad aliquid, ubi, quando sit, quomodo situm, quid habeat, faciat, paciatur. Nouissima speculatio est in singulis quare sic, et que iam non modo ad angelicam perfectionem, sed ad
d diuine maiestatis prerogatiuam accedit; ei namque soli rerum omnium causa innotuit, cuius uoluntas omnium primeua causa est et qui, quatenus uoluit, singulis cur ita sit uoluit reuelare. Omnia namque ad plenum nosse, diuina; in nullo labi, angelica; in plurimis bene sentire, humana perfectio est. Cumulus itaque scientie in hoc duodenario solidatur. Inuestigatio philosophica undenarii

2 insipienti B 18 peripathetice A

1 *liber iste*: sc. Aristotelis *Categoriae*. 6-7 *in dialectica et apodictica disciplina*: v. Boeth. *Dial. in Porph.* i (Migne *P. L.* lxiv. 14). 8 *in primo commento super Porphyrium*: i. e. in *Dialogo in Porphyrium* (Migne *P. L.* lxiv. 14). 27 *Omnia namque* etc.: Haec ex auctore nescio quo excerpta videntur. Cf. Cod. Iustin. i. 17 § 14 *Omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare diuinitatis magis quam mortalitatis est.* 30 *undenarii*: videlicet τοῦ ὅτι et decem categoriarum; omisso τοῦ διότι quasi Deo soli pertinente.

sobrietate contenta est; et, si ultra progreditur, profectum suum gratie ex magna parte ascribit. Nam pulsantibus aperit gratia, et uoluntatem suam, que originalis omnium causa est, reuelat Dominus his qui ex toto corde querunt eam. Porro logicus decem institutionis sue elementa cognoscit et, cum in his plenius fuerit educatus, in parte 896 a contradictionis aduersarium pergit ex intentione plenius conuincere. He ergo que dicuntur naturales, et quodammodo elementares sunt, preiacent questiones; scilicet quid, quantum, quale, et cetera. Et exinde, cum in his gimnosophiste fuerint instituti, contradictionem formant, eamque, ut dici solet, in arto campo distrahentes, ad reprimendam partem oppositam rationis sue nituntur aculeis; tendit enim quisque euacuare quod apud alium statutum est. Sed quia naturalium prima est inquisitio, in ipsa primo decem predicamenta formata sunt excogitatique sermones, quibus de his que primo occurrant sensui aut intellectui, qualia sint corpora aut spiritus, quid, quantum, et quale esset, aut secundum ceteras questiones naturaliter b procedentes, declaretur unumquodque eorum. Vnde et predicamenta dicta sunt, siue in sermonibus siue in rebus, decem genera predicabilium, que sic ad singulares indiuiduasque substantias applicentur; que de ipsis indicent quid sint, quantum, quale, ad aliquid, ubi, quando, situm, quid habeant, faciant, aut patiantur. Primum itaque predicamentum est in his que de aliqua substantiarum indicant quid sint; secundum, in his que quantum; tertium, ad aliquid; quartum, quale; quintum, ubi; sextum, quando; septimum, situm esse; octauum, habere; nonum, facere; decimum,

7 plenius *om.* C 11 gingnosophiste CB

2–3 *pulsantibus aperit*: v. Matt. vii. 8. 4 *ex toto* etc.: v. Deut. iv. 29, Ier. xxix. 13. 8 *que dicuntur naturales*: Naturalium, id est, ad rerum naturam pertinentium quaestionum, septem libros scripsit Seneca, quorum exemplar ecclesiae Carnotensi legavit Ioannes noster. 11 *gimnosophiste*: Gymnosophistas vocat eos qui in gymnasiis i. e. scholis ut athletae in palaestris luctaturi vestes deponunt, et sic ad disputandum sese praeparant, ideoque gymnosophistae i. e. philosophi nudi haud ineleganter appellari possunt.

pati. Et hec quidem sic multiplicata sunt, quoniam apud philosophos maxime uigebat speculatio corporalium, cum
c ante Zenonem aut nullus aut pauci admodum aliquid de anima aut spiritibus incorporeis recte senserint. Hic enim est, sicut Ieronimus auctor est, qui immortalitatem tradidit animarum. Vtique situm esse et quedam alia uix congrue poterunt spiritibus applicari; quoniam hec predicamenta pro parte corporibus precipue addicta sunt. Prima itaque contemplatio, et quodammodo naturaliter philosophantium, uersatur in speculatione substantiarum; sequens autem, mathematica est, imitaturque naturam; unde mathematicus ab antiquis dictus est simia naturalium philosophorum. Sicut enim nature scrutator inquirit de Cleonte aut Callia
d quid sit, aut qualis, aut quantus; sic mathematicus, cum substantiam eius abstraxerit, inquirit de ea quid sit, aut qualis, aut quanta, et deinceps naturalium more philosophorum ad ulteriora progreditur. Sed apud eos qui purioris philosophie uigent acumine pridem receptum est secunde mathesi locum non esse, ne philosophicus labor procedat in infinitum et semper uagetur inquisitio, que semper tendit ad finem. Vtique iam spoliatus omnino amplius nudari non potest; et siue formam a materia abstraxeris, siue materiam subduxeris forme, superfluus erit exinde labor aut circumstantiis et proprietatibus, quas non admittit, uestire formam, aut quas illa non habet, spoliare materiam. Ergo quicquid ultra temptatur, non constitutio nature sed figmentum animi est subtilitate matematica laborantis.
897 a Cum enim queritur quid est albedo, et respondetur color talis, quicquid ei ad subsistentie discretionem adicitur, aut effectum redolet, et sic substantie obnoxium est, aut pote-

11 matematica CB matematicus CB 13–14 aut Callia quid sit *om.* BA 14 matematicus CB 26 constituo A^1

5 *Ieronimus*: v. *Comm. in Dan. i. 2* (Migne *P. L.* xxv. 495–6). 12 *ab antiquis*: Quos in mente habeat Noster, equidem nescio; cf. tamen Sen. *Ep.* 88 §§ 26 seqq. 17 *qui purioris* etc.: v. Boeth. *Arithm.* i. 1 (Migne *P. L.* lxiii. 1079 seqq.). 18–19 *secunde mathesi*: sc. quae de substantiarum proprietatibus, sicut de substantiis ipsis mathesis, via abstractionis inquireret.

statem sapit, cuius forte operatio nondum est. Quod si processerit inquisitio, ut queratur quanta aut ubi sit, ad corporalium diuerticula fugiendum est. Vnde pauciores illos credo peragrasse philosophos, qui nature arbitro mathematicum per omnia coequant; opinantes in aliis inueniri hec genera predicamentorum que in corporibus et spiritibus manifesta sunt. Omnia ergo genera speciesque substantiarum et qualitatum aliorumque primo ingerunt predicamento; quoniam appositione generis speciei prime satisfit questioni, id est, declaratur de aliquo quid ipsum sit. Deinde pro genere questionum sequentia disponunt. Hoc quidem ab Aristotile uidetur alienum; ait enim: Manifestum b quoniam quicquid est, significat quandoque quidem substantiam, quandoque autem quale, quandoque aliquid aliorum predicamentorum. Nam quando, posito homine, dixerit ipsum hominem esse uel animal, et quid est dicit et substantiam significat. Quando uero, posito albo colore, quod positum est dixerit colorem esse, quid est dicit, et quale significat. Sic posita cubitali magnitudine, si dixerit eam esse magnitudinem, quid est dicit, et quantum significat. Similiter autem et in aliis; unumquodque enim talium, siue idem de eodem dicatur siue genus, de hoc quid est significat; quando autem de alio, non quid est significat, sed quantum aut quale aut aliquid aliorum predicamen- c torum. Equidem non hic uidetur auctor exprimere quod in eodem predicamento, etsi eundem modum habeant predicandi, sint omnia genera, aut quod nouem genera accidentalium rerum non predicentur de substantiis, aut quod eodem modo predicentur de subiectis et de contentis suis. Isidorus, Alcuinus, et quidam alii sapientum omnia alia de

5 matematicum CB 14 aliquod A 30 Isodorus B

4 *nature arbitro*: i. e. naturali philosopho, quem supra *nature scrutatorem* appellavit. 12–13 *Manifestum est* etc.: v. Ar. *Cat.* 4. 1 b 25 seqq. (Boeth. *in Cat. Ar.* i, ap. Migne *P. L.* lxiv. 180). Ipsa verba Aristotelis referre non curat, excepto tantum vocabulo *significat* in quo versatur totius rei cardo. 30 *Isidorus*: v. *Etym.* ii. 26 § 11. *Alcuinus*: v. *de Dialectica* c. 3 (Migne *P. L.* ci. 954–5).

primis substantiis asserunt predicari, et sententiam plenissimam decem predicamentorum absolutione perficiunt, ut in hoc eorum patet exemplo: Augustinus, magnus orator, filius illius, stans in templo, hodie infulatus, disputando fatigatur. Perfecta enim sententia est et subiecti, id est
d illius de quo agitur, substantiam, qualitatem, et quantitatem, cum ceteris, indicat; etsi forte minus proprium dederit quantitatis exemplum. Vtique sicut primam substantiam suis informatam accidentibus parens omnium natura creauit; sic et singularia accidentia, quibus eadem informatur, substantiis singularibus concreauit. Ea uero que intelliguntur a singularibus abstracta, qualia sunt secunde substantie, ut dictum est, quedam ex ratione probabili animi figmenta sunt. Et quidem sicut in substantiis he prime dicuntur, que reuera substantie sunt et singularitate essentie accidentibus subiacent; ille uero secunde, que ex conformitate singularium intellectu non casso concipiuntur;
898 a sic et prime ratione proportionis possunt dici quantitates et qualitates, que primis singulariter insunt; et secunde quantitates, et sic in aliis que a singularibus quadam ratione similitudinis abstrahuntur. Constat autem, ut ait Isidorus, appellatas esse categorias, eo quod non possunt nisi ex subiectis agnosci. Vnde et predicamenta recte nominantur; eo quod rebus presentibus, quas constitutio nature ostendit, dicata, id est, addicta sunt. *Dicare* siquidem addicere est, iuxta illud Virgilii:

Conubio iungam stabili propriamque dicabo.

Sic autem addicta sunt aliis, ut agnosci nequeant sine illis. Nam, ut premissum est, si phantasie rerum uoluantur in mente, inanis est conceptio, si exemplum eius inueniri non
b potest in re subiecta. Siquidem uniuersitas singularium historia nature est, a qua eximitur quicquid in rebus

14–15 dicuntur he prime A 22 cathegorias A

1 *sententiam* etc.: Haec cum exemplo quod sequitur habet Isidorus in loco supra citato. 22 *Isid us*: *Etym.* ii. 26 § 14. 27 *Conubio* etc.: Verg. *Aen.* i. 73. *or*

actualiter nequaquam inuenitur. Et, quoniam agnoscuntur ex subiectis, talia sunt, ut ait Boetius, predicata, qualia subiecta permiserint. Vnde uirtus predicamentorum, que in operibus nature uiget, circa diuinam excellentiam euanescit. Illuc enim tracta uerba mutantur omnino, aut falsa sunt; multiplicatur et labor cum errore eorum qui uim predicamentorum extendunt ad omnia et, fines naturalium excedentes, subuertunt integritatem artis, dum regulas non patiuntur suis generibus limitari. Omnis enim regula et uniuersitas omnis alicui generi accommodata est, cuius ambitum si lasciuiendo excesserit, ilico uitiatur. Profecto rerum predicamentalium et sermonum perutilis est notitia c et euidens ab Aristotile disciplina. Vniuersa describit et diuidit; docet que ueniant ad comparationem; que susceptiblilia contrariorum sint; que sint, quorum contraria; que totius contrarietatis ignara; exemplum relinquens posteris quo ad ueri notitiam compendiosissime peruenitur. Et quia multiplicitas sermonum plerumque intelligentiam claudit,quotiens dicatur unumquodque docet esse querendum. Eo enim pertinet,quod in oppositis, et his que prius aut simul dicuntur, et in speciebus motus et habendi modis librum expleuit. Nichil enim utilius ad scientiam aut uictoriam distinctione eorum que multipliciter proferuntur. Contingit d autem tractu temporis, et adquiescente utentium uoluntate, multiplicitatem sermonum nasci itemque extingui. Nam apud Aristotilem *cultellus acutus* anguli acuti esse significabat, cum modo potius uideatur indicare facile secantis acumen; sic enim dicitur gladius bis acutus, quoniam utrimque facile secans; quamuis et hoc perspicacius intuenti ab acumine angulorum appareat euenire; corpus enim acutissimum est, ubi in angulo acutissimo coeunt superficies eius; nam

---

10 acommodata A 11 illico B 27 iudicare CA

---

2 *ut ait Boetius*: v. *de Trin.* c. 4 (ed. Peiper, p. 156). 13 *Vniuersa describit* etc.: Quae sequuntur usque ad *expleuit*, breviarium sunt libri Aristotelis de Categoriis. 26 *apud Aristotilem*: v. *Top.* i. 15. 107 a 17 (Migne *P. L.* lxiv. 920).

si obtusus superficierum coeuntium fuerit angulus, et corpus obtusum. *Esse in aliquo* multiplicius dicitur quam Aristotilis tempore diceretur; et que tunc uerba aliquam, nunc forte nullam habent significationem; siquidem

899 a multa renascentur que iam cecidere, cadentque
que nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus,
quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.

Sed plane magis dedocent quam erudiunt qui in hoc libello legunt uniuersa et eum breuitate sua contentum esse non sinunt. Quicquid alicubi dici potest, hic congerunt quibus grauior esse uidetur confessio quam ignorantia ueri. Deridebat eos noster ille Anglus Peripateticus Adam, cuius uestigia sequuntur multi, sed pauci prepediente inuidia profitentur; dicebatque se aut nullum aut auditores paucissimos habiturum, si ea simplicitate sermonum et facilitate
b sententiarum dialecticam traderet, qua ipsam doceri expediret. Habui enim hominem familiarem assiduitate colloquii et communicatione librorum et cotidiano fere exercitio super emergentibus articulis conferendi; sed nec una die discipulus eius fui. Et tamen habeo gratias, quod eo docente plura cognoui, plura ipsius, quoniam aliud ratione consulta preelegeram, ipso arbitro reprobaui. Itaque hic, sicut ubique, facilitati arbitror seruiendum. Neque hec omnia eo prelibaui proposito, ut ubique dicantur; sed ne sileantur ubique que alicubi dici expedit, librum commendaui; nec penitet, quoniam reuera commendabilis est. Ceterum, si plus iusto caritati indulgeatur, que ad prima
c artis elementa studiosius rudes et detrectantes inuitat, sic

pueris olim dant crustula blandi
doctores, elementa uelint ut discere prima

12 perhipateticus A

2 *Esse in aliquo* etc.: v. Boeth. *in Cat. Ar.* i (Migne *P. L.* lxiv. 172). 5 *multa* etc.: Hor. *A. P.* 70–2. 8 *in hoc libello*: sc. in Aristotelis *Categoriis*. 10 *hic*: sc. in libro *Categoriarum* commentando. 12 *Adam*: v. supra ii. 10. 23 *hic*: sc. ut supra in libro *Categoriarum* commentando. 25 *librum*: sc. *Categoriarum*. 29 *pueris* etc.: Hor. *Sat.* i. 1. 25, 26.

et quia ei a plerisque amplius derogatur, eo uehementius commendatur; ut enim ait Aristotiles, omnino insistenti omnino est aduersandum.

Cap. 4. *Que sit conceptio et utilitas Periermeniarum, uel rectius Periermenias.*

Liber Periermeniarum, uel potius Periermenias, ratione proportionis sillabicus est, sicut Predicamentorum elementarius; nam elementa rationum, que singulatim tradit in sermonibus incomplexis, iste colligit, et in modum sillabe comprehensa producit ad ueri falsique significationem. Tante quidem subtilitatis est habitus ab antiquis, ut in d preconium eius celebratum ferat Isidorus, quia Aristotiles, quando Periermenias scriptitabat, calamum in mente tinguebat. Ceterum (ut pace omnium loquar) quicquid in isto docetur libro, compendiosius et manifestius poterit quilibet doctorum, (quod et multi faciunt) excepta reuerentia uerborum in doctrinalibus parare rudimentis, quas Introductiones uocant. Vix est enim aliquis qui hec ipsa non doceat, adiectis aliis non minus necessariis. Hoc utique, quia sine his artis scientia comparari non potest. Percurrunt itaque quid nomen, quid uerbum, quid oratio, que species eius, que uires enuntiationum, quid ex quantitate sortiantur aut qualitate, que determinate uere sunt aut false, que quibus 900 a equipolleant, que consentiant sibi, que dissentiant, que predicata diuisim, coniunctim predicentur aut conuersim, et que non; item que sit natura modalium et que singularium contradictio. In his autem articulis operis huius precipue summa consistit, habetque, sicut sententiarum subtilitatem, ita non mediocrem difficultatem uerborum. Vtrisque uero

6 periarmeniarum BA 12 isidorus B 13 periarmenias CBA

3 *omnino* etc.: Ar. *Top.* v. 4. 134 a 3, 4 *πρὸς γὰρ τὸν πάντως ἐνιστάμενον πάντως ἀντιτακτέον ἐστίν.* (Migne *P. L.* lxiv. 961 *Nam ei que omnino instat omnino est aduersandum.*) 6 *Periermeniarum.* Sic, teste v. d. Car. Meiser, appellatur in uersione continua quae in codice Sangallensi n. 817 praecedit primam editionem commentarii Boethiani. 7 *Predicamentorum*: sub. *liber.* 9 *sermonibus incomplexis*: cf. *Hist. Pontif.* c. 13, p. 35, l. 16. 12 *Isidorus*: *Etym.* ii. 27 § 1.

habenda est gratia, quoniam et sensus erudit et uerba exercent. Preterea reuerentia exhibenda est uerbis auctorum, cum cultu et assiduitate utendi; tum quia quandam a magnis nominibus antiquitatis preferunt maiestatem, tum quia dispendiosius ignorantur, cum ad urgendum aut resistendum potentissima sint. Siquidem ignaros in modum
b turbinis rapiunt, et metu perculsos exagitant aut prosternunt; inaudita enim philosophorum uerba tonitrua sunt. Licet itaque modernorum et ueterum sit sensus idem, uenerabilior est uetustas. Dixisse recolo Peripateticum Palatinum quod uerum arbitror, quia facile esset aliquem nostri temporis librum de hac arte componere, qui nullo antiquorum quod ad conceptionem ueri uel elegantiam uerbi, esset inferior; sed ut auctoritatis fauorem sortiretur aut impossibile aut difficillimum. Hoc ipsum tamen assere-
bat maioribus ascribendum, quorum floruerunt ingenia, et inuentione mirabili pollentes: laboris sui fructum posteris reliquerunt. Itaque ea, in quibus multi sua tempora con-
c sumpserunt, in inuentione sudantes plurimum, nunc facile et breui unus assequitur; fruitur tamen etas nostra beneficio precedentis, et sepe plura nouit, non suo quidem precedens ingenio, sed innitens uiribus alienis et opulenta patrum. Dicebat Bernardus Carnotensis nos esse quasi nanos gigantium humeris insidentes, ut possimus plura eis et remotiora uidere, non utique proprii uisus acumine aut eminentia corporis, sed quia in altum subuehimur et extollimur magnitudine gigantea. Ex his facile adquieuerim, quia artis preparatitia et multos articulos ueritatis tradunt artium preceptores, etiam in Introductionibus suis, eque

10 perhipatheticum A 22 *post* opulenta *add.* prudencia C *marg.* doctrina A

8 *inaudita* etc.: Forsan respicit ad Ioann. xii. 5. 10–11 *Peripateticum Palatinum*: sc. Abaelardum. 23 *Bernardus Carnotensis*: De illo v. supra i. 24. Hoc dictum laudat etiam Alexander Neckam *de Naturis Rerum* c. 78 (ed. Wright, p. 123) *Et, ut ait philosophus, nos sumus quasi nani stantes super humeros gigantum.* 28 *praeparatitia*: Hoc vocabulum, cujus quae sit significatio manifestum est, non exhibent Lexica. 29 *in Introductionibus suis*: Ad Abaelardi *Introductiones* respicere videtur; de quibus vide Abaelardum ipsum in *Anal. Prior.* ii (*Ouvr. Inéd.* pp. 254, 305, 332, 366, 440).

bene antiquis et forte commodius. Quis enim contentus d
est his que uel Aristotiles in Periermeniis docet? Quis
aliunde conquisita non adicit? Omnes enim totius artis
summam colligunt, et uerbis facilibus tradunt. Vestiunt
enim sensus auctorum quasi cultu cotidiano, qui quodam-
modo festiuior est, cum antiquitatis grauitate clarius insi-
gnitur. Sunt ergo memoriter tenenda uerba auctorum,
sed ea maxime que plenas sententias explent, et que com-
mode possunt ad multa transferri; nam et hec integritatem
scientie seruant, et preter hoc a seipsis tam latentis quam
patentis energie habent plurimum. Sunt autem pleraque
que, si a suis auellas sedibus, aut nichil aut minimum
sapiunt auditori; qualia fere sunt omnia Analeticorum
exempla, ubi littere ponuntur pro terminis; que, sicut ad
doctrinam proficiunt, sic tracta alias inutilia sunt. Regule 901 a
quoque ipse, sicut plurimum uigoris habent a ueritate do-
ctrine, sic in commercio uerbi minimum possunt. Nam
quod dicitur in toto esse alterum alteri uel in toto non esse,
et uniuersaliter aliquid de aliquo predicari uel ab aliquo
remoueri, idem est; frequens tamen usus est alterius uerbi,
et alterius fere intercidit, nisi quatenus ex condicto interdum
admittitur. Fuit fortasse tempore Aristotilis utriusque
usus celebrior, sed nunc pre altero uiget alterum, quoniam
ita uult usus. Sic et in eo quod dicitur contingens, aliqua-
tenus derogatum est ei quod apud Aristotilem optinebat.
Iam enim nequaquam contingens possibili comparatur; hoc b
tamen in Tractatu modalium sensisse uisus est. Licet enim
possibile est albere gentem Ethiopum, speciemque cignorum
nigrescere, neutrum tamen contingens est. Quod si hec
quis, quoniam possibilia sunt, contingere opinatur, hoc in
publico predicet, Aristotilis auctoritate deducta, et plane,
renitente publice suasionis usu, aut insanis uidebitur assi-

5 *qui*: sc. *sensus*. 8 *plenas sententias*: v. Cic. *de Fin.* iv. 14 § 36. 10–11 *latentis energie*: Hieron. *Ep.* liii § 2 (Migne *P.L.* xxii. 541). 24 *uult usus*: v. Hor. *A.P.* 71. 27 *in Tractatu modalium*: i. e. in Ar. *de Interpr.* cc. 12, 13; v. 13. 22 a 15. Vide de hac re Boeth. *Comm. II in Ar. de Interpr.* v. 12 (ed. Meiser pp. 392 seqq.). 27 *Licet enim* etc.: Si cum Porphyrio loquamur, Aethiopibus color niger, cygnis autem color albus inseparabiliter accidit.

dere aut certe parum sobrius esse. Sed ut ad alium migremus sensum, quo contingens non coequatur quidem, sed circumscribitur a possibili, quoniam minus est, et hic illi usui derogatum esse uidebimus. Nam, ut ait in Analeticis: Contingere et contingens est quo non existente necessario, posito autem esse, nichil erit propter hoc impossibile. Hec autem significatio contingenti deducit quidem necessarium,
c sed alias possibili coequatur. Sed neque ista iam optinet. Siquidem Hobinellum regnare non est necessarium, neque eo posito quicquam erit propter hoc impossibile; si uero contingens esse regnare Hobinellum dicas Wintonie, non tibi quis facile adquiescet. Et ut planius liqueat in quantum sit ille usus abolitus, in nulla significationum, quas ei ascribit, memoratum iam plene optinet uerbum. Ait enim: Dicimus quoniam contingere duobus modis dicitur, uno quidem, quod plerumque fit et deficit necessarium, ut canescere hominem uel augeri uel minui uel omnino quod natum est esse; hoc enim non continuum habet necessarium, eo
d quod non semper est homo, nam cum homo est, aut ex necessitate aut ut in pluribus est. Alio autem infinitum, quod et sic et non sic possibile; ut animal ambulare uel ambulante fieri motum terre uel omnino quod a casu fit. Nichil enim sic magis natum est uel e contrario. Nunc autem ut sequamur usum,

quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi, illud solum iam dicitur esse contingens quod interdum euenit, alioquin neque propter amotam necessitatem neque propter assistentem possibilitatem, dicetur contingere. Patet itaque quod usus Aristotile potentior est in derogando
902 a uerbis uel abroganda uerba; sed ueritatem rerum, quoniam eam homo non statuit, nec uoluntas humana conuellit.

4 *post* analeticis *add.* Aristotiles A

4 *ait*: sc. Aristoteles. 5 *Contingere* etc.: Ar. *An. Pr.* i. 13. 32 a 18 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 651). 11 *Wintonie*: quae olim Anglis fuit urbs regalis. 15 *Dicimus* etc. usque ad *e contrario*: Ar. *An. Pr.* i. 13. 32 b 4 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 652). 19 *nam cum homo est*: ὄντος μέντοι ἀνθρώπου Ar.; *cum tamen homo est* Boeth. 25 *quem penes* etc.: Hor. *A. P.* 72.

Itaque, si fieri potest, artium uerba teneantur et sensus. Sin autem minus, dum sensus maneat, excidant uerba; quoniam artes scire non est scriptorum uerba reuoluere, sed nosse uim earum atque sententias.

Cap. 5. *In quibus consistat corpus artis; et de Topicorum utilitate.*

Artis preparatitia precesserunt, ad quam suus opifex et quasi legislator rudem omnino tironem irreuerenter et, ut dici solet, illotis manibus non censuit admittendum. Sicut enim in arte militari instrumentorum, quibus res militaris instruitur, preparatio precedit artem, sic huius sacri adeuntibus cultum quedam elementa premittuntur et quasi instrumenta tironum, quorum usu compendiosius ad ipsum b corpus artis accedant et commodius quod profitentur exerceant. Vtilissima quidem sunt et, si non satis proprie dicantur esse de arte, satis uere dicuntur esse ad artem; parum autem refert si magis dicatur an sic. Ipsum itaque quodammodo corpus artis, deductis preparatitiis, principaliter consistit in tribus; scilicet Topicorum, Analeticorum, Elencorumque notitia; his enim perfecte cognitis, et habitu eorum per usum et exercitium roboratis, inuentionis et iudicii copia suffragabitur in omni facultate tam demonstratori quam dialectico et sophiste. Porro in his maxime necessaria est, precipue probabilitatem sectantibus, scientia Topicorum, que, etsi inuentionem principaliter instruat, iudiciis tamen non mediocriter suffragatur. Et quamuis ex c opinione multorum dialectico et oratori principaliter faciat, ipsam fere equaliter proficere arbitror his qui uersantur in grauitate demonstratoris aut in fallacia et agone sophistico. Siquidem sibi inuicem uniuersa contribuunt, eoque in pro-

2 minus *om.* CA 21 et *om.* B 23 dialetico A

7 *Artis preparatitia*: v. supra p. 136. 28. 7–8 *suus opifex et quasi legislator*: sc. Aristoteles. 9 *illotis manibus*: v. *Dig.* i. 2 § 1. 26 *Et quamuis* etc.: v. Boeth. *de Diff. Top.* i ad fin. (Migne *P. L.* lxiv. 1182).

posita facultate quisque expeditior est, quo in uicina et coherente instructior fuerit. Ergo et tam Analetice quam Sophistica conferunt inuentori, et Topice itidem conducit iudicanti; facile tamen adquieuerim singulas in suo proposito dominari et accessorium esse beneficium coherentis. Cum itaque tam euidens sit utilitas Topicorum, miror quare cum aliis a maioribus tam diu intermissus sit Aristotilis
d liber, ut omnino aut fere in desuetudinem abierit, quando etate nostra, diligentis ingenii pulsante studio, quasi a morte uel a somno excitatus est, ut reuocaret errantes et uiam ueritatis querentibus aperiret. Neque enim sermonum aut rerum tanta est difficultas ut a studiosis non possit intelligi, et utilitas tanta est ut pre ceteris expediat hunc agnosci. Satis enim inter cetera, que translationis artissima lege a Grecis tracta sunt, planus est; ita tamen ut facile sit auctoris sui stilum agnoscere, et ab his dumtaxat fideliter intelligatur, qui sequuntur indifferentie rationem, sine qua nemo unquam nec apud nos nec apud Grecos (sicut Grecus interpres natione Seueritanus dicere consueuerat),
903 a Aristotilem intellexit. Sane ipso librorum numero, quasi quodam perfectionis auspicio, utilitatem operis commendauit, et omnium que in multis uoluminibus dilatauit antiquitas quasi sementem dedit. Singula uerba eius tam in regulis quam in exemplis non modo ad dialecticam, sed fere ad omnes proficiunt disciplinas. Octo quidem uoluminibus clauditur, fiuntque semper nouissima eius potiora prioribus. Primus autem quasi materiam preiacit omnium reliquorum

10 sompno A

9 *etate nostra* etc.: Forsan ad Theodoricum seu Terricum Carnotensem respicit, cujus in *Heptateucho* memorantur Aristotelis *Topicorum* libri 8; v. Clerval, *Les Écoles de Chartres*, pp. 221, 245, et C. H. Haskins, *Studies in Mediaeval Science*, p. 226; quos tamen ipse Theodoricus teste Ioanne nostro, quandoque carpsisse videtur ut cujusvis indocti quam summi philosophi digniores; v. infra ad iv. 24. 19
Grecus interpres: Conjecit v. d. H. Rose (*Hermes* i. 379 seqq.) hunc Euericum Aristippum fuisse, Platonis interpretem. Cf. quae scripsimus in Prolegomenis ad *Policraticum* pp. xxv, xxvi. *Seueritanus*: Forsan e civitate Sanctae Severinae in Calabria; vide Rose loc. cit. 26
fiuntque etc.: v. Matt. xii. 45.

et totius logice quedam constituit fundamenta; docet enim quid sillogismus, quid et ex quibus demonstratio, que principia artium et fidei que ab artibus est, quis sillogismus dialecticus, quis litigiosus, quid probabile, quod paralogista falsigrafusue non sequitur; item quid propositio, quid problema. Et, quoniam ad problematum discussionem probationemque positionum progrediendum est, ex quibus sint problemata, id est que propositiones ex arte deducantur in questionem, adicit, habita distinctione predicamentorum, ex quorum natura manat ratio questionum. Neque enim ad omnia que queri possunt, quoniam nec omnia querere prudentis est, suas formas applicat; sed ad ea que digna quesitu sunt et cognita aliquid conferunt. Quolibet namque proferente contraria opinionibus aut contemptibilia quelibet, contemptibiliterque inquirente, sollicitari non expedit. Quia ergo ratio predicamentorum aut maiora aut equalia predicat de subiectis, problematum dialecticorum quadripartitam docet esse naturam. Vult enim (etsi de hoc possit, ut de ceteris articulis, disputari) ubi de maiori et substantiali queritur, inquisitionem generis esse; si de pari et substantiali ambigitur, de diffinitione fieri questionem. Quod si de maiori et accidentali dubitatur, de accidente; si de pari et accidentali, de proprio constat inquiri. Verum quia de aliquo querenti quid aut quantum aut quale sit, minus subiecto non dicitur recte, nec minus predicari, nec de minori questio esse monstratur. Proinde quid genus aut diffinitio, quid accidens sit aut proprium, docet longe commodius his, qui in Porphirio aut Categoriis explanandis singuli volumina multa et magna conscribunt. In consilium illorum non ueniat anima mea, nec aliquis amicorum meorum preceptoribus his utatur. Ad hec, quid inductio, et ubi ea uti

4 quod] quid A 22 accidentali] substantiali CBA 28 cathegoriis A

1 *docet enim* etc.: v. *Top.* i. 1; v. Migne *P. L.* lxiv. 909 seqq. 5 *quid propositio* etc.: v. *Top.* i. 10. 6 *Et, quoniam* etc.: v. *Top.* i. 11. 15–16 *Quia ergo* etc.: v. *Top.* i. 4, 5, 6. 29 *In consilium* etc.: Gen. xlix. 6. 31 *quid inductio* etc.: v. *Top.* i. 12.

expediat, et quotiens dicatur oppositum dicit, et qualiter oporteat diuidi ea quorum multiplex est significatio. Siquidem ad multa prodest uel illud nosse, quod equiuocatio neque comparationem neque numerum pluralem admittit, ut coniunctim colligat quod diuisim positum est. Nam uox et angulus aut cultellus nequaquam dicuntur acuta, uel alterum acutius altero, quamuis singulum dicatur acutum. Ad hoc quoque prodest hec speculatio multipliciter dictorum, ut ex contrariis uis contrariorum sepissime perpendatur; si enim unum eorum aut equiuoce aut uniuoce dicitur ad multa, simili modo et reliquum ut quidem in omnibus aut in
904 a pluribus. Nam quoniam acuto in uoce graue contrarium est, in magnitudine autem leui, palam quoniam leue aut graue equiuoce dicetur ad plura. Volenti autem scire quid agatur, necesse est uim sermonis excutere, qua ignota, fidus uerborum intellectus constare non potest. Eo spectat illud Augustini, tractum quidem ab Aristotile, quoniam de fonte isto hauserunt omnes, quia in omni enuntiatione spectanda sunt tria, dictio, dicibile, et res. Est autem res de quo aliquid, dicibile quod de aliquo, dictio quo dicitur hoc de illo. Interdum tamen dictionem rem esse contingit, cum idem sermo ad agendum de se assumitur, ut in his que prece-
b ptores nostri materialiter dicebant imposita et dicibilia; quale est: 'Homo est nomen', 'Currit est uerbum'. Porro res ut in pluribus et dicibilia pertinent ad naturam, dictio uero ex hominum pendet arbitrio. Itaque ad ueri examinationem necesse est rem non omnino notitie esse subtractam, rei subiecte, id est de qua agitur, dicibile conuenire, et dictionem, ut omnis increpandi tollatur occasio, utrique esse cognatam.

2 opporteat C 23 et dicibilia *om.* A

1 *et quotiens* etc.: v. *Top.* i. 15. 17 *Augustini*: v. tractatus *de Dialectica* Augustino attributi c. 5 (Migne *P. L.* xxxii. 1411). *tractum quidem ab Aristotile*: potius, si viris doctis plerisque credamus, a Varrone *de Lingua Latina*. 22–3 *praeceptores nostri*: Quos in mente habuerit, nescio. De talibus sermonibus cum Abaelardus in *Dialectica* sua agat (*Ouvr. inéd.* p. 248) et exemplo illo *homo est nomen*, utatur, non tamen ait praedicata *materialiter imposita* esse.

Cap. 6. *De utilitate et conceptione trium librorum in Topicis.*

Sicut autem elementarius est Predicamentorum, Periermeniarum uero sillabicus, ita et Topicorum liber quodammodo dictionalis est. Licet enim in Periermeniis agatur de simplici enuntiatione, que utique ueri falsiue dictio est, nondum tamen ad uim colligendi pertingit, nec illud asse- c
quitur, in quo dialectices precipua opera uersatur. Hic uero primus est in rationibus explicandis, doctrinamque facit localium argumentationum, et sequentium complexionum pandit initia. Et sicut, iuxta ethicum, discipulus prioris est posterior dies, ita primus sequentium librorum instructorius est. Ex quibus itaque locis sint problemata primus aperit; sequentes, unde, et quomodo probentur exponunt, et que propositio magis aut minus argumentabilis sit, et quare. Non tamen huic operi tantum tribuo, ut inanem reputem operam modernorum, qui equidem nascentes et conualescentes ab Aristotile, inuentis eius multas adiciunt rationes et regulas prioribus eque firmas. Ceterum hoc Aristotili debetur, quoniam qui a parte totum probari d
docuit, et a duplici parte uel triplici aut amplius inferri posse monstrauit. Eodem modo et in aliis. Ergo non

---

3 elementarius autem A^1 8 dialetices A 11 ethicum iuxta C^1

---

3 *elementarius* etc.: cf. supra iii. 4. 5 *dictionalis*: Hoc vocabulum Lexica non exhibent. Quid sit *dictio*, exponit Priscianus, *Inst.* ii. 14 (Keil *Gram. Lat.* ii. 53). Cf. Boeth. *Comm. II. in Ar. de Interpr.* ii. 4 (ed. Meiser p. 82). 10 *localium*: i. e. τοπικῶν; v. Boeth. *de Diff. Top.* i (Migne *P. L.* lxiv. 1173). 11 *discipulus*: Publ. Syr. *Sent.* ed. Meyer p. 38. Codd. BA scriptores in marg. *Seneca* habent; proverbia enim quae hodie Publilii Syri esse agnoscuntur, olim sub nomine Senecae circumferebantur; vide G. Meyer, pp. 6 seqq. 12–13 *instructorius*: Hoc vocabulum in Lexicis deest. 15 *argumentabilis*: Hoc vocabulo non semel ita utitur interpres in versione Boethio attributa *Top.* viii. 3 (Migne *P. L.* lxiv. 998, 999) ut pro δυσεπιχείρητον *difficile argumentabile* ponat.

modo Temistio, Ciceroni, Apuleio, et Boetio, adiectorum habemus gratiam, sed Peripatetico Palatino, et aliis preceptoribus nostris, qui nobis proficere studuerunt uel in explanatione ueterum uel in inuentione nouorum. Miror tamen quare Peripateticus Palatinus in ipoteticarum iudicio tam artam prescripserit legem ut eas solas censuerit admittendas, quarum consequens in antecedenti clauditur aut destructo consequenti perimitur antecedens. Siquidem argumenta recipiebat facile, sed ipoteticas respuebat, nisi manifesta necessitate urgente. Forte ideo, quod omnes, ut ait Boetius,
905 a uolunt necessariam tenere consequentiam. Volunt utique quoniam hoc profitentur, adiecta conditione; sed nichilominus quedam ob euidentem probabilitatem, que necessitati plerumque assidet, admittuntur. Sicut enim argumenta dialecticis sufficiunt probabilia, sic et probabiles consequentie; sed utrisque uis urgens deest, si necessitas desit; ut si instantiam dederis, docens in quo non sic. Aristotiles autem fere ubique consequentias ponit, siue astruere siue destruere doceat quod positum est. Et quia ad unum multa sequuntur, habenda est ratio unde plura astruendo uel destruendo proveniant. Vt enim ait Aristotiles: Omnis qui dixit quidlibet, quodammodo multa dixit, eo quod plura unicuique ex necessitate consequentia sunt. Vt qui hominem
b dixit esse, et quoniam animal est dixit, et quoniam animatum, et quoniam bipes, et quoniam mentis et discipline sus-

2 perhipatetico A 5 perhipateticus A hipoteticarum A iuditio A 9 hipoteticas A

1 *Temistio, Ciceroni*: Quos doctrinae Topicorum nonnulla adjecisse memoratur Boethius in libro *de Differentiis Topicis* (Migne *P. L.* lxiv. 1200 seqq.). *Apuleio*: sc. in libro *qui*, ut ait Cassiodorus *de Art. ac Disc. Lib. Litt.* c. 3 (Migne *P. L.* lxx. 1173), *inscribitur Perihermenias Apuleii*: Hunc tractatum tomo III Apuleii Operum a Teubnero in a. 1908 editorum subjunxit P. Thomas. *Boetio*: tam in *Comm. in Top. Cic.* quam in libris *de Differentiis Topicis*. 2 *Peripatetico Palatino*: sc. Abaelardo. 9 *in ipoteticarum iudicio* etc.: v. Abael. *Anal. Post.* I (*Ouvr. inéd.* pp. 441, 442), II (pp. 446, 447). 10 *ut ait Boetius*: *de Syllogismo Hypothetico* i (Migne *P. L.* lxiv. 843). 21 *Omnis* etc. usque ad *susceptibile*: Ar. *Top.* ii. 5. 112 a 16 seqq. (vers. Boeth. in Migne *P. L.* lxiv. 927; ubi tamen leguntur *unum quoduis* pro *quidlibet*, *quod* pro *quoniam*, *susceptiuum* pro *susceptibile*).

ceptibile. Est autem rationabile problema ad quod ratiocinationes fiunt et spisse et bone. Totus itaque secundus liber in eo uersatur quod est de accidente. Et cum naturam accidentium eleganter doceat, tam rationum firmitudine quam exemplorum iocunditate, ad multa commodus est. Et quia solum accidens ad comparationem uenit, tertius comparabilium uim aperit, et insistens nature accidentium que sit eligendi aut fugiendi ratio, et in ipsis eligendis que preeligenda, et in fugiendis que pre ceteris fugienda regulariter monstrat. Ex quo liquet quantum hec disciplina phisice et ethice prodest. Cum hec discipline particula in appetendis c et devitandis et in omnibus denique comparabilibus uigeat, plane huius lata est commendatio, et male neglectus a prioribus, cum utilitate conspicua et uerborum gratia iocundus sit, et tam ethice quam phisice plurimum prosit.

Cap. 7. *Breuis ratio quarti, et quinti.*

Quartus autem exercet problemata que sunt a genere, et sic generis et speciei et ad se et ad alia coherentiam docet; ut liquidum sit omnibus quanto dispendio temporis nostri neglectus sit a preceptoribus nostris. In hac speculatione non credo diutius immorandum, cum de rerum generibus multa superius dicta sint et non sit nostri propositi in hoc d opus speciales commentarios facere. Hoc tamen ab Aristotile (quoniam Porphirius, quem paruuli sequuntur, aliud docuit) adiciendum puto, quoniam, sicut genus uniuoce et non denominatiue, sic nec secundum quid predicatur. Vnde constat corpus non esse genus animalis. Ait enim: Considerandum, si in aliquibus secundum quid participatur

8 fugiendi aut eligendi A^1 13 comendatio C 23 comentarios A

1 *Est autem* etc.: Ar. *Top.* v. 1. 127 a 30, 31 (Migne *P. L.* lxiv. 955). 2–3 *secundus liber*: sc. Aristotelis *Topicorum*. 6 *tertius*: sc. *Topicorum* liber. 17 *Quartus*: sc. liber *Topicorum*. 24 *Porphirius*: v. *Isag.* 2 a 20 (*Comm. in Ar. Gr.* iv pp. 4, 29; Migne *P. L.* lxiv. 102). *aliud*: sc. corpus esse genus animalis. Ait enim, interprete Boethio (Migne *P. L.* lxiv. 102) *Animatum corpus species quidem est corporis, genus uero animalis.* 25 *sicut genus* etc.: v. Ar. *Top.* iv. 6. 127 b 6, 5. 126 a 18. 27–8 *Considerandum* etc. usque ad *pars est* (146. 7): Ar. *Top.* iv. 5. 126 a 20 seqq.; Migne *P. L.* lxiv. 950.

genus; ut si animal aliquod sensibile vel uisible dicatur. Nam secundum quid sensibile uel uisibile animal; secundum corpus enim, secundum animam autem, non. Quare non erit genus sensibile uel uisibile animalis. Latent autem quandoque et totum in partem ponentes: ut 'animal corpus sensibile'. Nullo enim modo pars de toto predicatur.
906 a Quare non erit corpus genus animalis, eo quod pars est. Vtique genus omne de specie uerum est et de indiuiduis, sine translatione et figura. Numquam enim improprie predicatur, quoniam nulla familiarior est assignatio quam substantie, que in genere et specie rectissime indicatur. Corpus autem de homine, figuratiue scilicet, per sinedochem dicitur. Ex quo liquet quod qui ob unius partis euidentiam corpus dicitur, idem et anima dici potest ob alterius dignitatem. Sed minutiores philosophi cum Porphirio uulgi sequuntur opinionem, qui fere id solum consueuit approbare quod sensibus patet. Plato autem et tam Stoicorum quam Peripateticorum dogma hominem rectius animam
b quam corpus dici declarat. Quam secutus sententiam Marcus Tullius in libro de Republica ait: Tu non es is, quem exterior figura designat, sed mens cuiusque, is est quisque. Doctoribus quoque Ecclesie, Augustino et ceteris, id ipsum placuit. Siquis hinc dubitat, legat Scripturas, que principatum personalem quodammodo anime tribuunt, et corpus hospitio comparant aut indumento. Item quintus copiosissime docet quot modis dicatur proprium; et in his, quid proprie et multipliciter docet quando recte positum sit et quando sit perperam assignatum. Vtilissima autem

1 aliquod] quod A 17 stoycorum A 18 perhipateticorum A

6 *sensibile*: potius *animatum*; ἔμψυχον Ar. 12 *sinedochem*: i. e. synecdochen, quae, ut ait Isidorus *Etym.* i. 37 § 13 *est conceptio, cum a parte totum, uel a toto pars intellegitur.* Cf. supra c. 1 (122. 20). 15 *minutiores philosophi*: v. Cic. *de Senect.* 23 § 85, *de Diuin.* i. 30 § 62. 20 *Tu non es is* etc.: v. Cic. *de Republica* vi. 24 § 26 = *Somn. Scipionis* 8 § 2 *Nec enim tu is es quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque.* 22 *Augustino*: v. *de Moribus Eccl. Cath.* i. 4 (Migne *P. L.* xxxii. 1313). 25 *hospitio*: v. 2 Cor. v. 1 seqq. *indumento*: v. 2 Cor. v. 2, 2 Pet. i. 13, 14. *quintus*: sc. liber *Topicorum.*

est hec speculatio ad astruendum et destruendum, quoniam proprium, quod proprie dicitur, et cuius proprium est, se inuicem mutua predicatione concludunt.

Cap. 8. *De titulo diffiniendi qui exercetur in sexto.* c

Porro sextus de diffinitione est, et artem diffiniendi luculenter tradit, ut qui istum plene nouerit, in statuendis aut euacuendis diffinitionibus hesitare non debeat. Porro regulam diffiniendi artissimam docuit, et quam plene aut nullus aut rarus assequitur. Itaque Aristotilem pre ceteris omnibus tam alie disserendi ratiocinationes quam diffiniendi titulus illustraret, si tam patenter astrueret propria quam potenter destruxit aliena. Ceterum, sicut ualidior hic expugnator extitit quam assertor, ita plerique ualidius asserunt quam impugnant; neque enim omnes omnia possunt, et quisque, si efficaciam attendat gratie, proprio munere insignitur. Vt de fidelibus taceam, Naso carmina, Cicero d causas feliciter agit, Pithagoras naturam excutit, Socrates morum prescribit normam, Plato de omnibus persuadet, Aristotiles argutias procurat. Sumpserunt hinc doctrine sue primordia Marius Victorinus et Boetius cum Cicerone, qui singuli libros diffinitionum ediderunt. Illi quidem diffiniendi nomen usque ad quindecim species dilatauerunt, describendi modos diffinitionis uocabulo subponentes; huic uero de substantiali precipue cura est, que sic constare debet ex genere et substantialibus differentiis ut proposito coequetur. Recte enim assignata est, cum fuerit equalis diffinitio, et planissima utitur interpretatione. Amouenda

---

5 *sextus*: sc. liber *Topicorum*. 14 *neque enim* etc.: v. Verg. *Ecl.* viii. 63. 15 *quisque* etc.: cf. 1 Cor. vii. 7. 20 *Marius Victorinus*: Cuius vere esse videtur liber ille *de definitione* qui Boethio vulgo attributus est (Migne *P. L.* lxiv. 891 seqq.); v. Boeth. *in Top. Cic.* iii (Migne *P. L.* lxiv. 1098); Isid. *Etym.* ii. 29, quod ejusdem libri est breviarium. *Cicerone*: sc. *Top.* cc. 5–7, de quibus tractavit Boethius in lib. iii commentarii sui. 22 *usque ad quindecim species*: quae a Victorino enumeratae sunt; v. locos Boethii *in Top. Cic.* et Isidori supra laudatos. 23 *huic*: sc. Aristoteli.

a est ergo non modo equiuocationis impostura, sed omnium
que incerta sunt fugienda obscuritas; quoniam euidens
esse debet que redditur ut aliud innotescat. Ergo et trans-
lationes declinande, et quecunque proprie non dicuntur,
ut: Lex mensura uel imago eorum que naturaliter iusta
sunt. Sunt autem, ait Aristotiles, huiusmodi peiora trans-
latione. Nam translatio facit quodammodo notum quod
significatum est per similitudinem; omnes enim trans-
ferentes secundum aliquam similitudinem transferunt.
Quod autem huiusmodi est, non facit notum; nam neque
similitudo inest, secundum quam mensura uel imago lex
est, neque dici solet. Quare si proprie mensuram uel
imaginem legem esse dicit, mentitur. Imago enim est cuius
b generatio per imitationem est; hoc autem non inest legi.
Si autem non proprie, palam quoniam obscure dixit et peius
quolibet eorum que secundum translationem dicuntur.
Nota autem sic accipienda sunt, quod bene dispositis
intellectu innotescant. Quod autem nec ex simpliciter
notioribus, nec ex his que nobis notiora positum est, non
facit ad diffinitionem. Equicolam quoque, id est equimem-
brem, diffinito oportet fieri diffinitionem, ut si queratur
quid sit speculatiua scientia, neutrum, nec speculatiua
scilicet nec scientia, relinqui debet ambiguum. In ipsis
quoque substantialibus diffinitiuis nichil ponendum est
quod uergat ad passionem. Auctore siquidem Aristotile,

1 ergo est A

5 *ut: Lex* etc. usque ad *que secundum translationem dicuntur*: Ar. *Top.* vi. 2. 140 a 7 seqq.; v. Migne *P. L.* lxiv. 971; ubi tamen versio quae Boethii appellatur *metaphora* habet, *translatio* exhibere maluit Ioannes; ubi *deterior, prior*; etiam in quibusdam minoris momenti interpretem deserit. 13 *mentitur*: *ueritatis est expers* Boeth. 18 *Quod autem* etc.: v. Ar. *Top.* vi. 4. 141 a 26 seqq. 20 *Equicolam* etc.: = ἰσόκωλον v. Ar. *Top.* vi. 11. 148 b 32, 33. Interpretatio Boethiana (Migne *P. L.* lxiv. 983) tantum habet *aequimembris*, neque vocabuli *aequicolus* mentionem faciunt Lexica. 21 *si queratur* etc.: v. Ar. *Top.* vi. 11. 149 a 9 seqq. Hic *speculatiua* scripsit Ioannes ubi interpres Boethianus *contemplatiua* habet. 25 *Auctore siquidem Aristotile* etc. usque ad *differentias* (149. 9): v. Ar. *Top.* vi. 6. 145 a 3 seqq. Initio omnino discrepat Ioannes ab interpretatione quae sub nomine

omnis passio magis facta abicit a substantia. Differentia autem non huiusmodi; nam magis saluare uidetur id cuius est differentia. Et simpliciter impossibile est esse singulum c sine propria differentia. Nam cum non est gressibile, non erit homo. Simpliciter autem dicendum, secundum que alteratur habens, nichil horum differentia illius. Omnia enim huiusmodi cum magis fiunt, abiciunt a substantia. Quare si aliquam huiusmodi differentiam assignauit, peccauit. Simpliciter autem non alteramur secundum differentias; unde etiam Plato arguitur, mortale in animalium diffinitionibus ponens. Licet enim non fiat magis aut magis predicetur, eo quod huiusmodi non suscipiunt magis et minus, differentia tamen non est; sed forte rectius habitum notat, et passionis habilitatem aut magis necessitatem indicat patiendi. Hoc autem facile suadebitur Christiano, qui, d immortalitatem expectans, conditionem uiuendi credit mutandam in melius, non corrumpi naturam. Glorificabitur enim substantia et sine corruptione sui eximetur a necessitate patiendi. Ipsa quoque habilitas passionis perpetiende penitus euanescet, quando mortale immortalitatem induet morte absorpta, et corruptibile nunc incorruptionem possidebit. Nec mirum mortalitatem passibilitati ascribi, cum immortalitas ipsa, secundum Aristotilem, passio sit dicenda. Ait enim: Passio uite et casus immortalitas videtur esse. Quoniam autem uerum est quod dicitur, palam fiet, si quis concedat ex mortali aliquem fieri immortalem. Nullus enim dicet aliam eum uitam sumere, sed casum aliquem uel passionem huic eidem adgenerari; quare non est genus uita 908 a

24 esse uidetur A^1 27 sumere uitam A^1

Boethii circumfertur (Migne *P. L.* lxiv. 978) quae habet: *Omnis affectus cum magis fit detrahit a substantia*: in reliquis autem cum ea fere consonat; nisi quod etiam in 145 a 10 *abiciunt* pro ἐξίστησι ponit, ubi *detrahunt* habet interpr. vulgata.

10 *Plato* etc.: v. Ar. *Top.* vi. 10. 148 a 15, 16 (Migne *P. L.* lxiv. 982). 20 *mortale* etc.: v. 1 Cor. xv. 53. 24 *Passio* etc. usque ad *immortalitatis*: *Top.* iv. 5. 126 b 36 seqq. *casus*: σύμπτωμα Ar.; *accidens* Boeth. (Migne *P. L.* lxiv. 951). 26 *concedat*: συγχωρήσειεν Ar.; *admittat* Bo. 28 *adgenerari*: παραγενέσθαι Ar.; *aduenire* Bo.

immortalitatis. Vtique et hinc constat quia mortale et immortale non sunt uiuentium species aut differentie, sed potius modos uiuendi indicant aut nature conditionem. Equidem nichil mali in substantia, nam quod cuiusque optimum in substantia maxime. Est autem difficile, nisi multam rerum notitiam habenti, regulariter eam diffinire, cum substantialia sepe incerta sint, uel ob difficultatem rerum et ignorantiam uel propter ambiguitatem sermonum. Sunt etiam pleraque que, urgente natura, propriis diffinitionibus carent: ut principia, eo quod sursum pergentibus eorum, quia non sunt, genera non occurrunt; et indiuidua, eo quod differentiis substantialibus ab inuicem non separan-
b tur. Porro hic descriptiones pro diffinitionibus sunt, probabiles quidem magis, quo ad diffinitionum formam magis accesserint; earum tamen maior est indulgentia. Est autem quidlibet fecisse facilius, quam bene fecisse; quia uirtus semper in arduo est. Cum uero de diffinitione constabit, ad construendum destruendumque propositum efficacissima est; qui cum ipso pariter infirmatur aut conualescit.

Cap. 9. *De problemate ejusdem et diuersi, quod agitatur in septimo; et communia quedam Topicorum.*

Septimus quoque a diffinitionibus pendet, euoluitque problemata que de eodem sunt et diuerso. In huius autem discussione plurima attritio est, quoniam contrariarum concursus rationum dubitandi materia est. Ceterum sicut
c diuersum, sic et idem alicui multipliciter dicitur: nam utrumque genere, specie, et numero. Sed que genere

---

6 eam *om.* A 24 quam A^1

---

4 *quod cuiusque* etc.: Ar. *Top.* vi. 12. 149 b 37 *ἑκάστου γὰρ τὸ βέλτιστον ἐν τῇ οὐσίᾳ μάλιστα*; *nam unicuique optimum in substantia maxime* Bo. (Migne *P. L.* lxiv. 985). 9 *Sunt etiam* etc.: v. Boeth. *in Categ. Ar.* i (Migne *P. L.* lxiv. 166). 15 *earum:* sc. descriptionum. 16–17 *uirtus semper in arduo est*: v. Ov. *Art. Am.* ii. 537 *nulla, nisi ardua, uirtus.* 22 *Septimus*: sc. liber *Topicorum.* 27 *utrumque* etc.: v. Boeth. *de Trin.* c. 1 (ed. Peiper p. 151).

diuersa sunt, ilico et sequentibus. E contra que idem numero, statim et ceteris modis uniuntur. Maxime indubitanter quod unum est numero, et idem alicui, ab omnibus idem uidetur dici; nam et hoc est esse simpliciter idem. Solet autem et hoc assignari multipliciter; proprie autem et primum, quando nomine uel diffinitione idem assignatum fuerit, ut 'uestis' tunice, et 'animal gressibile bipes' homini. Secundum autem quando proprio, ut 'discipline susceptibilis' homini, et 'quod natura sursum fertur' igni. Tertium uero quando ab accidente, ut 'sedens' uel 'musicum' Socrati; omnia enim hec unum numero uolunt significare. Quoniam d autem uerum est quod nunc dictum est, ex permutantibus appellationes aliquis addiscet; sepe enim precipientes nomine uocare aliquem sedentium, permutamus quando forte non intelligit is cui preceptum facimus, uelut ab accidente eo magis intelligente, et iubemus sedentem uel disputantem uocare ad nos; palam quoniam eundem opinantes et secundum nomen et secundum accidens significare. Ergo idem (quemadmodum dictum est) tripliciter diuidatur. Itaque non modo diffinitionum, sed generis, proprii, accidentis necessaria est cognitio tam ad astruendum quam ad destruendum ea problemata que de eodem sunt et diuerso, sed nichil ad alterutram operam diffinitione utilius, quoniam nichil efficacius, nichil notius est. In his autem septem uoluminibus ob ubertatem locorum constare rectissime 909a dicitur summa Topicorum; que, ut ait Isidorus, sic dicta sunt, quoniam topos continent, id est locos, qui sunt argumentorum sedes, fontes sensuum, et origines dictionum. Pro eo enim disciplina ipsa dicta est Topice, quod locorum

8–9 Secundum autem quando proprio, ut 'discipline susceptibilis' homini *quae manifestum est excidisse, ex versionis Boethianae textu supplevi.*

1 *sequentibus*: sc. specie et numero. 2 *ceteris modis*: sc. genere et specie. *Maxime* etc. usque ad *diuidatur*: Ar. *Top.* i. 7. 103 a 23–b 1 (Migne *P. L.* lxiv. 914, 915). 7 *tunice*: λωπίῳ Ar.; *indumento* ps.-Boeth. 12–13 *ex permutantibus appellationes*: ἐκ τῶν μεταβαλλόντων τὰς προσηγορίας Ar.; *ex transsumentibus nuncupationes* Boeth. 14 *permutamus*: μεταβάλλομεν Ar.; *transsumimus* Boeth. 26 *Isidorus*: v. *Etym.* ii. 29 § 16. 27 *topos*: i. e. τόπους.

doctrinam facit. Qui uero librum hunc diligentius perscrutatur, non modo Ciceronis et Boetii Topicos ab his septem uoluminibus erutos deprehendet, sed librum Diuisionum, qui compendio uerborum et elegantia sensuum inter opera Boetii, que ad logicam spectant, singularem gratiam nactus est. Non omnes tamen locos huic operi insertos arbitror, quia nec potuerunt, cum et a modernis, huius preeunte beneficio, eque necessarios euidentius cotidie
b doceri conspiciam. Versatur in his inuentionis materia, quam hilaris memorie Willelmus de Campellis, postmodum Catalanensis episcopus, diffiniuit, etsi non perfecte, esse scientiam reperiendi medium terminum et inde eliciendi argumentum. Cum enim de inherentia dubitatur, necessarium est aliquod inquiri medium, cuius interuentu copulentur extrema; qua speculatione an aliqua subtilior uel ad rem efficacior fuerit, non facile dixerim. Medium uero necessarium est, ubi uis inferentie in terminis uertitur; si enim inter totas propositiones sit, ut potius sit obnoxia complexioni partium quam partibus complexis, medii nexus cessat. In his autem que terminis aut terminorum partibus
c uim urgendi habent, locus ab ea habitudine est, que est inter id quod demitur conclusioni, et id quod dempto succedit; succedentia enim a precedentibus conuincuntur. Quod autem utrobique manet immobile, nec probantis uiolentiam nec probati recipit fidem; et, sicut a significatione contrahunt termini ut uniuersales dicantur esse uel singulares, sic ut unus sequatur ex altero uel propulsetur ab altero, facit coherentia uel repugnantia significationum; nisi enim res

11 catalenensis C^1: catalaenensis A 19 coplexis C

3-4 *librum Divisionum*: qui exstat in Migne *P. L.* lxiv. 875 seqq. 10 *Willelmus de Campellis*: v. supra ad i. 5. 17 *inferentie*: Hoc vocabulum quo, ut videtur, minime usi sunt Scholastici, unde tamen linguae modernae tam Anglica quam Gallica *inference* derivaverunt, habet Abaelardus in *Topicis* suis (*Ouvr. inéd.* pp. 278, 325, 328). 17-18 *si enim* etc.: cf. Abael. *Top.* (*Ouvr. inéd.* p. 407). 22 *id quod demitur conclusioni*: i. e. terminus minor syllogismi praecedentis qui syllogismi succedentis medius terminus est, neque in conclusione eius exprimitur.

significate sibi cohereant aut repugnent, non est quare in terminis familiaritas aut hostilitas requiratur. Non est autem facile in singulis semper explorare rerum quam firmus sit nexus aut quanta dissensio, et ob hoc quid simpliciter necesse quidue magis probabile sit, iudicare interdum difficilius est. Sed quod frequentissime sic, probabile quidem ; quod numquam aliter, magis probabile ; quod aliter d esse non posse creditur, necessarii suscipit nomen. Nam penes naturam est necessariorum possibiliumque diffinitio, sola siquidem uires suas agnouit. Adamas diu habitus est insecabilis, quia nec ferri nec calibis uerebatur acumen; tandem uero, cum plumbo et sanguine hircino sectus esset, patuit factu facile quod prius impossibile uidebatur. Ergo solitus rerum cursus diligenter aduertendus est, et quodammodo excutiendus nature sinus, ut necessariorum probabiliumque natura clarescat ; nichil enim est quod ad locorum notitiam magis prosit, nichil quod ueritatis notitiam amplius pariat, nichil quod ad docendum aut ad persuadendum magis pro- 910 a ficiat et omnium dicendorum prestet laudabilem facultatem.

Cap. 10. *De utilitate octaui.*

Familiare est omnium peritorum artificum artis sue instrumenta preparare antequam experiantur usum, ne conatus proprie facultatis inanis sit, si domesticis caruerit instrumentis. Sic in re militari preuidet dux arma et impedimenta militie. Architectus cum instrumentis materiam prequirit, in qua se et illa exerceat. Nauta clauum, rudentes, remos, anchoras, et cetera nauigii armamenta componit, ut eorum fretus adminiculo propositum artis possit rectius

18 ad *ante* persuadendum *om.* A^1 22 experiatur BA

10 *Adamas* etc. : v. Plin. *Hist. Nat.* xxxvii. §§ 59, 60 ; cf. xx. § 2 ; Aug. *de C. D.* xxi. 4 ; Isid. *Etym.* xvi. 13 § 2. De plumbo autem nihil dicit aut ipse Plinius aut Augustinus aut Isidorus. 13–14 *solitus rerum cursus* : Haec vocabula Augustinum sapiunt, qui ubique miracula non contra naturam esse docet sed praeter cursum naturae solitum et usitatum ; cf. *c. Faust.* xxvi. 3 (Migne *P. L.* xlii. 481). 26 *illa* : sc. *instrumenta.*

expedire. Itaque pari modo rei rationalis opifex et campi-
b doctor eorum qui logicam profitentur in precedentibus instrumenta disputandi et quasi arma tironum suorum locauit in arena, dum sermonum simplicium significationem euolueret et item enuntiationum locorumque naturam aperiret. Consequenter autem instrumentorum exercitium docet et quodammodo congrediendi artem tironibus tradit et, quasi membra moueat colluctantium, proponendi et respondendi, conuincendi et euadendi uias monstrat, et eam propter quam cetera premissa sunt facultatem preceptis informat. Vt autem premisse similitudinis sequamur proportionem, quemadmodum Categoriarum elementarius, Periermeniarum sillabicus, premissi Topici dictionales libri sunt; sic Topicorum octauus constructorius est rationum, quarum ele-
c menta uel loca in precedentibus monstrata sunt. Solus itaque uersatur in preceptis, ex quibus ars compaginatur, et plus confert ad scientiam disserendi, si memoriter habeatur in corde et iugi exercitio uersetur in opere, quam omnes fere libri dialectice, quos moderni patres nostri in scolis legere consueuerant; nam sine eo non disputatur arte, sed casu. Ceterum, ut plurimum prosit, aliorum necessaria est cognitio, qui, etsi non habundent preceptis, nisi raro, rerum sermonumque utilissimam doctrinam faciunt. Quia ergo exercitatio dialectice ad alterum est; pares, quos producit et quos rationibus muniuit et locis, sua docet arma tractare et sermones potius conserere quam dexteras, et tanta cautela imbuit, ut totius eloquentie precepta hinc tracta princi-
d paliter, uelut a primitiuo fonte originis sue, manare perspicuum sit. Indubitanter enim uerum est, quod fatentur

---

2 predentibus CB 11 similitudine CBA[1] 12 cathegoriarum A 22 abundent A[2]

---

1 *rei rationalis opifex* etc.: sc. Aristoteles. 1–2 *campidoctor*: Hoc vocabulo saepe utitur Vegetius *de Re militari*. 11 *premisse similitudinis*: v. supra iii. 4, 6. 14 *constructorius*: Hoc vocabulum non exhibent Lexica. 20 *consueverant*: i. e. ante quam, ut ait Noster, supra iii. 5, *nostra aetate quasi a morte uel somno excitatus est* liber *Topicorum* Aristotelicus.

Cicero et Quintilianus, quia hinc non modo rethoricorum adiumentum, sed et principium rethores et scriptores artium assumpserunt; postmodum tamen propriis dilatata est institutis. Versatur ergo tota dialectice agitatio, quoniam alter alterius iudex est, inter opponentem et respondentem. Horum uero uterque finem suum assequitur, si nichil omittat ex contingentibus; si proposito sic insistat, ut et se et orationem increpationi subducat. Non enim semper eadem est increpationis occasio; nam plerumque propositi, plerumque proponentis culpa est. Siquidem, ut ait Aristo- 911 a tiles, non est in altero tantum bene finire commune opus. Nam et qui litigatorie interrogat, praue disputat, et qui in respondendo non concedit quod uidetur, neque suscipit quicquam quod uult interrogans inquirere. Manifestum etiam quoniam non similiter increpandum et per se orationem et interrogantem. Nichil enim prohibet orationem quidem prauam esse, interrogantem uero, ut contingit, optime contra respondentem disputare. Nam contra discolos non possibile fortasse statim quales quis uult, sed quales contingit, facere sillogismos. Est autem prauus socius qui impedit commune opus. Qualiter uero facienda aut uitanda sit alterutrius increpatio, an utilius an subtilius et strictius doceat, incertum habeo. Porro bene interrogantis opus est, ut faciat respondentem improbabi- b lissima dicere, alia quidem quam que propter positionem

2 *ante* scriptores *om.* et A 16 rationem BA

1 *Cicero*: v. *Orat.* 32 §§ 113 seqq.; cf. *de Fin.* ii. 6 § 17. *Quintilianus*: v. *Inst. Or.* xii. 2 §§ 12, 13. 2 *scriptores artium*: v. Quint. *Inst. Or.* iii. 1 § 1. 8 *Non enim semper* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 11. 161 a 16 (Migne *P. L.* lxiv. 1002, 1003). 10 *Siquidem* etc. usque ad *opus*: v. Ar. *Top.* viii. 11. 161 a 19 seqq. 12 *Nam et qui litigatorie* etc. usque ad *sillogismos*: Ar. *Top.* viii. 11. 161 b 2 seqq. *litigatorie*: ἐριστικῶς Ar.; *contentiose* Boet. 15 *increpandum*: ἐπιτιμητέον Ar.; *inculpandum* Boet. 18 *disputare*: διειλέχθαι Ar.; *disceptare* Boet. 18–19 *discolos*: δυσκολαίνοντας Ar.: *proteruos* Boet. 20 *Est autem* etc.: Ar. *Top.* viii. 11. 161 a 37. 20–1 *prauus socius*: φαῦλος κοίνωνος Ar.; *malus particeps* Boet. 23 *doceat*: sc. Aristoteles. *Porro bene* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 4. 159 a 18 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 999). 24–5 *improbabilissima* etc.: τὰ ἀδοξότατα λέγειν τῶν διὰ τὴν θέσιν ἀναγκαίων Ar.; *inopinabiliora quam ea quae propter positionem*

sunt necessaria; respondentis autem non propter eum uideri accidere impossibile aut quod preter opinionem est, sed propter positionem. Diuersum enim fortasse peccatum est ponere primum quod non oportet, et positum non seruare secundum modum. At opponens, etsi interdum ad inductionem, ut detur uniuersale, aut in magnitudinem orationis, aut ut manifestior sit oratio, negotietur, in omnibus precipuam uirtutem ducit occultationem conclusionis ut, oratione per conclusionem expleta, queratur propter quid. Vnde in Nuptiis Mercurii et Philologie Dialectica in manu serpentem gestat et formulas, ut astutia serpentis, que propositum tegit, mordeantur incauti et rudes, aut
c improbi per rationis formulas erudiantur aut conuincantur. Consistit autem cautela in ordine et modo explendi propositum siue diuidendum seu diffiniendum seu colligendum sit; recteque procedit ex preexistenti cognitione locorum et argumentationum aliorumque sermonum, quibus diuisiones et diffinitiones explicantur. Nam loci argumentandi et diuidendi diffiniendique, plerumque communes sunt; sed uis artis in argumentationibus amplius uiget. In ipsis quoque sillogismis uiolentior est, siue integritate sui perfectus sit siue media propositione subtracta ad modum enthimematis conclusionem acceleret; ideoque usus magis eius facit ad alterum. Inductio uero lenior est, siue maturiori incessu
d a pluribus progrediatur ad unum uniuersale aut particulare, siue acriori impetu ab uno, ad exempli formam inducto, ad unum inferendo prosiliat. Hic autem modus magis oratori-

sunt necessaria Boet.; superlativum ut retineat Ioannes (seu potius interpres quo usus est) *alia quidem* inseruit.

5 *secundum modum*: κατὰ τρόπον Ar.; *aliquo modo* Boet. 6 *inductionem* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 1. 155 b 22 seqq., 156 b 14, 15. 10 *in Nuptiis Mercurii et Philologie*: v. Mart. Cap. iv. § 328. 20-1 *In ipsis quoque sillogismis* etc.: De syllogismo et inductione cf. Ar. *Top.* i. 12. 105 a 18 seqq. 22–3 *enthimematis*: Enthymema hic non intelligitur sec. mentem Aristotelis sed sec. mentem Boethii *in Topica Ciceronis* i (Migne *P. L.* lxiv. 1050) dicentis: *Enthymema uero est imperfectus syllogismus, cuius aliquae partes, uel propter breuitatem uel propter notitiam praetermissae sunt.* 26 *exempli*: v. Ar. *An. Pr.* ii. 24

bus congruit; interdum tamen ornatus aut explicationis causa conducit et dialectico; magis enim persuasorius est quam urgens. Vnde, sicut Marcus Tullius in Rethoricis testis est, Socrates hoc argumentandi genere sepissime utebatur. Ceterum cum exempla ad probandum quid aut plura feruntur aut singula, conuenientia esse debent et ex quibus scimus; qualia Homerus, non qualia Cherillus. Si autem ab auctoribus transumantur, Homero quidem Grecus, Latinus autem Virgilio utatur et Lucano; domestica namque exempla magis mouent, et ignota dubiorum non faciunt 912 a fidem. Ad occultationem uero propositi, immo ut uterque gignadiorum uoti compos facilius sit, idiotismus et ortonoismus perutilis est, ut uterque scilicet sic artem dissimulet, quod aut eam non habere credatur aut quod habita nolit uti. Semper enim suspecta est artis ostentatio; et e contra facilius admittuntur uia simplici gradientes. Sed pre omnibus utrique expedit nosse fideliter, circa quid confligentium uersetur intentio. Siquidem non facto manifesto quid est quod positum est, non est facile argumentari; nam ex hoc uel ad nomen aut sepe nulla est disputatio. Ratio enim non habet processum, nisi intellectus altercantium alicui innitatur articulo. Nam ut obuiatio sit, necesse est eandem teri uiam. Ergo aut una debet esse b interrogatio, aut multiplicitas suis est rationibus distinguenda. Vnde Aristotiles: Quoniam autem concessum est

---

11 ocultationem CB

---

3 *Marcus Tullius in Rethoricis*: v. *de Invent.* i. 31 § 53. 5 *exempla* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 1. 157 a 14 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 996). 6 *conuenientia*: οἰκεῖα Ar.; *accommodata* Boet. 7 *Cherillus*: i. e. Choerilus; de quo v. Hor. *A. P.* 357. 12 *gignadiorum*: i. e. disputantium. Gignadii appellantur in *Policr.* i. 8 qui in gymnasiis proprie dictis, hic autem metaphorice qui in scholis sese exercent; cf. supra *Metal.* iii. 3. *idiotismus*: i. e. modus loquendi vulgaris, qualem ab homine artis perito non exspectes; v. Sen. *Controv.* vii. praef. § 5. 12–13 *ortonoismus*: i. e., ut videtur, modus loquendi qualis ad hominem doli expertem pertinet; unde tamen ad Nostrum pervenerit vocabulum equidem nescio. 25 *Quoniam autem* etc. usque ad *respondendum*: Ar. *Top.* viii. 7. 160 a 18 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 1001). *concessum est*: δέδοται Ar.; *datum est* Boeth.

respondenti, non intelligenti, dicere quoniam non intelligo, et, multipliciter dicto, non ex necessitate confiteri uel negare; palam quoniam primum quidem, nisi planum sit quod dicitur, non pigritandum dicere non intelligere. Nam sepe ex eo quod non plane interrogantibus dant, obuiat aliquod difficile. Si autem notum quidem sit, multipliciter autem dictum, si in omnibus quidem uerum uel falsum sit quod dicitur, dandum simpliciter uel negandum. Si uero in aliquo sit falsum, in aliquo autem uerum, significandum est quoniam multipliciter dicitur, et propter hoc aliud
c quidem falsum, aliud autem uerum; posterius enim diuiso incertum si et in principio conspexerit dubium. Si autem non preuiderit dubium, sed in alterum respiciens posuerit, dicendum ad eum qui in alterum ducit, quoniam non ad hoc inspiciens dedi, sed ad alterum eorum; nam, pluribus existentibus que sub eodem nomine uel sub eadem oratione sunt, facilius est dubitatio. Si uero planum sit et simplex quod interrogatur, aut sic aut non respondendum. Vt enim est apud Agellium, qui in talibus plus uel minus respondet quam queratur ab eo, lineam recte disputandi ignorat aut dissimulat. Siquidem qui aut multiloquio aut distorta responsione collegam impedit, non modo prauus socius sed
d manifeste proteruus est; presertim si, non habens instantiam, admissis particularibus contradicit uniuersali; nam sine instantia que sit uel uideatur prohibere orationem proteruire est. Si ergo in multis apparente non dederit

11 diuisio B

1 *intelligenti*: μανθάνοντι Ar.; *discenti* Boet. 4 *pigritandum*: ἀποκνητέον Ar.; *cunctandum* Boet. 8 *dandum simpliciter*: Haud addit cum Boet. *quod dicitur*. 8–9 *Si uero in aliquo sit falsum in aliquo autem uerum*: ἐὰν δ' ἐπὶ τι μὲν ψεῦδος ᾖ ἐπὶ τι δ' ἀληθές Ar.; *falsum* et *uerum* transponit Boet. 12 *incertum*: ἄδηλον Ar.; *immanifestum* Boet. *dubium*: τὸ ἀμφίβολον Ar.; *ambiguum* Boet. 17 *dubitatio*: ἀμφισβήτησις Ar.; *ambiguitas* Boet. 19 *apud Agellium*: v. Gell. xvi. 2 § 1. 22 *prauus socius*: v. supra 911 A. 25 *sine instantia* etc. usque ad *infertur* (159. 3): Ar. *Top.* viii. 10. 160 b 2 seqq. (Migne *P. L.* lxiv. 1001, 1002). 26 *in multis apparente*: ἐπὶ πολλῶν φαινομένου Ar. sec. codd. B, C, Bekkeri; ἐπὶ πολλῶν φαινομένων Ar. sec. cod. A, Bekkeri; *multis apparentibus* Boet.

uniuersaliter qui non habet instantiam, manifestum quoniam proteruit, nisi forte contra habeat argumentari quoniam non uerum est quod infertur. Siquidem si consequens falsum est, palam est quoniam ex antecedentibus ueris non prouenit; nam ex uero numquam falsum, pro eo quod ueritatis integer sinus nec parit nec alit mendacium. Non tamen sufficit in contrarium argumentari; eo quod plura contraria opinionibus plerumque facile non soluuntur, hinc inde colluctantibus argumentis; nam Zeno quoniam non contingit moueri neque stadium pertransire, et Empedocles 913 a ab aduerso omnia moueri contendit. Sed paucorum opinio, presertim quam firmissima ratio non munit, eque firme et communiori opinioni non derogat. Itaque proteruus est qui in talibus nec instantia nec contrariis utitur argumentis; est enim in disputationibus proteruia responsio preter hos modos sillogismi corruptiua. Ita quidem ex parte respondentis; nam in interrogante nichilominus est si, patefacto quid datum sit, inepta uerborum occasione in contrarium tendit, fidelem non recipiens intellectum, sed aucupans sillabas et ad nomen inaniter disputans. Tanto quidem improbior est proteruia, quanto acrius quisque sic urget. Ceterum uterque alterius propositum impedit sine proteruie uitio, si officii sui partibus probe renitatur aut urgeat; b puta si tardum natura uel usu adhibita celeritate quis urgeat; si acrem ingenio uel exercitii assiduitate quis adhibita grauitatis mora retardet; si tegit quis propositum, ut arte deludat; si alter detegit occultatum, ut prudenter euadat; et quidem in hunc modum plurima. Si uero

18 uerbulorum A^2

3 *Siquidem* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 11. 162 a 8 seqq.; *Anal. Pr.* ii. 2. 53 b 11 seqq. 6–7 *Non tamen* etc. usque ad *pertransire*: v. Ar. *Top.* viii. 10. 160 b 6 seqq. 9 *Zeno*: v. Ar. *Top.* viii. 8. 160 b 8. 10 *Empedocles*: potius *Heraclitus*; v. Ar. *Top.* i. 10. 104 b 21, 22; paulo mox memoratur Empedoclis sententia de quattuor elementis 105 b 16. 11 *omnia moueri*: v. Ar. *Top.* viii. 9. 160 b 19. *Sed* usque ad *derogat* minio notauit Matthaeus Parkerus in marg. cod. C. 13 *Itaque proteruus* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 10. 160 b 10 seqq. 19–20 *aucupans sillabas*: v. Hier. *Ep.* lvii. 6 (Migne *P. L.* xxii. 572). 28 *Si uero*: v. Ar. *Top.* viii. 11. 162 a 8 seqq.

falsum sequi uideatur ex uero, etsi, ubi fallacia sit, non sit perspicuum, constat quoniam sophisticus est sillogismus, aliaue argumentatio fallax quidem et perfida, cui fidem haberi non oportet. Hoc autem litigiis quam demonstrationi aut exercitationi dialectice magis facit; nam sophisma est sillogismus litigatorius; philosofima uero, demonstratiuus; argumentum autem, sillogismus dialecticus; sed aporisma, sillogismus dialecticus contradictionis. Horum
c omnium necessaria est cognitio, et in facultatibus singulis perutilis est exercitatio. Itaque assuescendum est disceptationi, et prima initia memoriter reuoluenda, distinguenda necessaria et probabilia ab oppositis et a se inuicem; excutiende sunt uocum significationes, ut facile scientiam habenti una oratio in plures transeat aut plures reducantur in unam. In uniuersalibus aut astruendis aut depellendis diligentia maior, cum in eis profectus aut periculum euidentius constat; pro eo quod non est sine uniuersali sillogizare. Porro, cum in omni sermone precipua sit uirtus breuitas, tum in eo qui ad alterum est efficacius operatur, acceptatur gratius, et clarius enitescit; nam in prolixitate omnium
d maius dispendium. Quod si non potest accelerari propositum, nouitate rerum, que tamen preter rem non uideantur, purganda est mora; quoniam, ut ait Aristotiles, quisquis unam orationem multo tempore interrogat, male inquirit: nam si respondente interrogato quod interrogatur, palam quoniam multas interrogationes interrogat, aut frequenter easdem. Quare aut iuuenatur aut non habet sillogismum; nam ex paucis omnis sillogismus; si uero non respondente,

4 non oportet haberi A^1 6 philosophima A 17 silogizare B 18 uirtus sit A^1 19 quia alterum A^1

5-6 *sophisma* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 11. 162 a 15 seqq. 8 *aporisma*: i. e. *ἀπόρημα*. 17 *quod non est* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 14. 164 a 10, 11. 18 *in omni sermone*: ut in Thucydide iuxta Senecam rhetorem *Controu.* ix. 1 § 13. 23 *quisquis* etc. usque ad *recedit* (161. 1): Ar. *Top.* viii. 2. 158 a 25 seqq. 25 *respondente interrogato*: *ἀποκρινομένου τοῦ ἐρωτωμένου* Ar.; *si respondeat quidem ei interrogatus* Boet. 27 *iuuenatur*: *ἀδολέσχει* Ar.; quod interpres quo usus est Ioannes quasi ab *adolescente* derivatum videtur intellexisse; *nugatur* Boet.

quoniam non increpat uel recedit. Contingit autem multiplicare interrogationes, ut reprehensionis detur occasio et undecumque iuste increpationis ansas eliciat; et hoc plerumque laudabile, interdum uero defectus indicium est, 914 a eo quod non est propositum certum, aut ei uia non patet ad processum, qui easdem replicat orbitas et auras easdem circinat, et mouetur iugiter, nec promouetur. Hescelinus faber, sicut magister Willelmus referebat, illorum morem sequebatur, qui nichil in disputationibus certum appetunt, et sic rem fabrilem, sicut hii expediunt dialecticam, exercebat. Prestolabatur enim non ab arte sed fortuna operis finem. Dum enim coctam massam uolueret in incude eamque formaret ad ictum mallei, si forte interrogaretur quid fieret, non certum quid respondebat, sed multa disiunctim, puta cultrum aut falcem aut uomerem aut aliud ad quod materiam casus induceret; non enim quod uolebat, sed b quod poterat, producebatur. Nichil autem minus peritum decet artificem quam sequi casum, non arbitrium rationis; proinde rationum undecumque ad statuendum uel destituendum positionem conquirenda est copia, ut urgendi instandique facultas comparetur. Et, si aduersarius deest, secum quisque experiatur que, quot, et quanta proposite questionis articulum muniant aut impugnent; sic enim facile erit quisque idoneus ad cogendum et reluctandum et, siue agonizandum seu suadendum seu philosophandum fuerit, urgentias instantiasque habens aut superabit aut euadet cum gloria aut decenter sibi et sine ignominia

---

1 *quoniam non increpat uel recedit*: ὅτι οὐκ ἐπιτίμᾳ ἢ ἀφίσταται Ar. codd.; *quid aut non increpat aut discedit?* Boet. 3 *ansas*: v. Cic. *de Amic.* 16 § 59. 6–7 *auras easdem circinat*: v. Ov. *Metam.* ii. 721. 7 *mouetur* etc.: v. Ter. *Eun.* v. 3. 5. *Hescelinus*: i. e. ut suspicor *Ascelinus*: quod nomen in dioecesi Ebroicensi, ubi sitae sunt Conchae, in saec. xiii° exstitisse testatur *Gall. Christ.* xi. 652. Nam (ut in Nostri editione sua notavit J. A. Giles) cod. MS. saec. xiv in univ. Cantab. bibliotheca publica servatus (Ii. ii. 31), quem etiam ipse inspexi, post *faber* habet *Conchis*; et credibile est *magistrum Willelmum* grammaticum illum de Conchis esse de quo v. supra i. 24, ii. 9. 25 *agonizandum*: ἀγωνίζεσθαι, ἀγών Ar. *Top.* viii. 5. 159 a 27, 30, 33; *concertare*, Boet., *concertatio.*

superabitur. Fuit antiquitus hec in re militari disciplina Romanorum, ut qui armis fuerant exercendi, ab ineunte
c etate assuescerent militie imaginarie, et ludentes in eo iugiter uersarentur adolescentes, unde postmodum in necessitatibus rei publice feliciter triumpharent. Telorum quisque nouerat usum, et qualiter equitem, qualiter peditem, nunc instare, nunc fugere, nunc cesim, nunc punctim ferire oporteat, domi prediscebatur. Sic suorum instrumentorum necesse est logicum expeditam habere facultatem, ut scilicet principia nouerit, probabilibus habundet, sillogizandi et inducendi omnes ad manum habeat rationes. Vires quoque aduersarii metiatur; quoniam et ex hoc plerumque negotii pendet euentus. Non est enim in altero tantum bene finire commune opus; siquidem sicut interrogantis aut docentis
d imperitia, sic plerumque tarditas auditoris aut rei difficultas eum qui agit ex arte uoti compotem esse non sinit. Est autem, ut ait Palladius, magna pars prudentie eius cum quo agitur estimare personam. In iure quoque cautum est quia nemo debet esse ignarus conditionis eius cum quo contrahit. Ergo et aliter cum erudito, aliter agendum est cum eo quem rudem nosti; nam eruditus sillogisticis, rudis urgendus est rationibus inductiuis. Ceterum ut quis ueniat ad profectum, sicut studium exercitii, ita et uenam laudabilis necesse est subesse ingenii. Ingenium uero bonum est quod uero facile adquiescit et falsum aspernatur. Hoc
915 a autem primum a natura oritur per fomitem innate rationis; deinde affectione boni et usu uiuacius conualescit. Vsus quidem exercitium roborat, paritque facultatem probandi et examinandi ueri; facilius tamen et expeditius, si artis

---

2 fuerant armis A^1 10 abundet A^2 24 ingenii subesse B^1

---

1 *Fuit antiquitus* etc.: v. Veget. i. 4, 11, 12. 8 *prediscebatur*: cf. Cic. *de Orat.* i. 32 § 147. 13 *Non est* etc.: Ar. *Top.* viii. 11. 161 a 19 seqq. 17 *Palladius*: v. *Agric.* i. 1 init. 18 *In iure*: v. *Dig.* l. 17 § 19. 20 *Ergo* etc.: v. Ar. *Top.* viii. 14. 164 a 12, 13. 22 *Ceterum* etc.: v. Quintil. *Inst. Or.* vi. 2 § 3.

preceptorumque compendio solidetur. Sed licet nunc ad se, nunc ad alterum contingat utiliter exerceri, collatio meditatione uidetur utilior. Vt enim ferrum ferro acuitur, sic ad uocem alterius contingit animum colloquentis acutius et efficacius excitari; sed maxime si cum sapiente aut modesto sermo conseritur. Alioquin os stulti quod ebullit stultitiam, et proteruus qui modestiam nescit, non tam facile ingenia adolescentium, qui aliis per imitationem appetunt conformari, erudiunt quam peruertunt; non informant ad uitam, b nec instruunt ad scientiam, sed infatuant animam et toxicant linguam. Itaque licet nichil magis mutua collatione prosit, non est tamen cum omni disputandum neque contra quemlibet exercitandum. Necesse est enim, ut ait Aristotiles, contra aliquos prauas fieri orationes. Nam contra eum qui omnino temptat uideri perfugere, iustum quidem omnino temptare sillogismum facere; non pulchrum autem, eo quod non oportet consistere statim contra quoslibet; necesse est enim laboriosum sermonem accidere; nam qui exercitati sunt, non possunt abstinere a disputatione certatoria. Sed nec ubique, nec semper, nec de quolibet disputandum. Sunt enim plura que disputationem non admittunt; sunt que humanas excedunt rationes et tantum fidei c consecrantur. Sunt et que interrogante eque ac respondente uidentur indigna, et eos qui in talibus dimicant, aut desi- 916 a pere aut non sapuisse conuincunt. Hec autem sunt que scita non conferunt et ignorata non ledunt. His operam dare, ad philosophiam non tam accessum preparat quam recessum; neque enim proficientis, sed deficientis ingenii indicium est. Vnde eleganter beatus Ambrosius: Libenter fateor me nescire quod nescio, immo quod scire nichil prodest. Porro probabilium inuestigatio, ex quibus fere

9 non] Nam A^1 16 pulcrum CA 25 sunt autem A^1

2 *collatio*: i. e. colloquium, ut saepe apud scriptores ecclesiasticos. 3 *ferrum ferro acuitur*: Prov. xxvii. 17. 6 *os* etc.: v. Prov. xv. 2. 13 *Necesse est* etc. usque ad *certatoria*: Ar. *Top.* viii. 14. 164 b 9. 18 *laboriosum sermonem*: πονηρολογίαν Ar.; *paruiloquium* Boet. 29 *Ambrosius*: *Hexaemer.* vi. 2 § 7 (Migne *P. L.* xiv. 244).

scientia est humana, quodammodo manat a fonte Topicorum, que, rerum sermonumque adiunctione deprehensa, parant copiam rationum; ut si quis in eis sufficienter instructus fuerit, illud Pitagoricum verum esse cognoscat, quia de omni re potest in utramque partem probabiliter
b disputari. Ipsam uero, sicuti est, deprehendere veritatem, diuine uel angelice perfectionis est; ad quam tanto quisque familiarius accedit, quanto uerum querit auidius, amat ardentius, examinat fidelius, et in contemplatione eius iocundius delectatur. Hec summatim excerpta ad instantiam prouocantis retexui; non quidem quod utilitatem aut conceptionem precedentium librorum plene descripserim (hoc enim supra uires meas est et a proposito alienum) sed ut articulos, qui proponebantur et criminabantur inutiles, officiosos esse monstrarem. Idem quoque in sequentibus propositum est; scilicet ut potius emulo occurratur, quam ut in artes, quas omnes docent aut discunt, commentarii
c scribantur a nobis. Cui ista non placent, doceat potiora.

EXPLICIT LIBER III

Metalogicon tercius liber explicit CBA

4 *illud Pitagoricum*: v. Sen. *Ep.* 88 § 43. De Pythagora autem aut legit aut intellexit Noster quod de Protagora scripserat Seneca; cf. *Policr.* v. 12. 6 *Ipsam* etc.: cf. supra c. 3 (128. 27). 14 *criminabantur*: cf. infra iv. 24, de Theodorico Carnotensi.

LIBER QUARTUS

REDIRE compellor ad materiam intermissam, et que studiis grauioribus fuerat preponenda. Nam et processus etatis, gradus ordinis, conditionis forma, ut de imminentibus causis et domestice rei oneribus ad presens taceam, occupationem aliam exigebant. Sed quoniam temeritas emuli non quiescit, et tu, cui mos gerendus est, opinionis mee sententiam queris, d que pro tempore licuit, succincta breuitate percurram. Iocundum enim fuerat, ut Senece uerbis utar, in antiqua redire tempora et ad annos respicere meliores, nisi amaritudo, que partim ex meatu, partim ex alia sollicitudine incumbit, animum pregrauaret. Quia tamen uisum est tibi meum et Cornificii examinare conflictum, inuitus et quodammodo tractus in huius palestre descendo harenam. Sed hec hactenus.

Cap. 1. *Quod liber Analecticorum est rationum examinatorius.*

Campidoctor itaque Peripatetice discipline, que pre ceteris in ueritatis indagatione laboret, infelicem summam operis 916 c dedignatus, totum componit; certus quod cuiusque artis perfectio gloriam sui preconatur auctoris. Vnde cum inventionis instrumenta procurasset et usum, quasi in conflatorio sedens, examinatorium quoddam studuit cudere, quo diligentissima fieret examinatio rationum. Hic autem est Analeticorum liber, qui ad iudicium principaliter spectat, et d tamen ad inuentionem aliquatenus proficit. Nam disci-

1 Incipit prologus libri Quarti CA: Incipit prologus libri iiii B 3 postponenda A^2 11 metu A 14 arenam A *Post prologum* Capitula C: Incipiunt capitula B: Metalogicon Liber Quartus incipit A: *et post capitula* Expliciunt Capitula. Metalogicon quartus liber incipit CB 16 analecticorum A 18 perhipatetice A

6 *emuli*: sc. illius quem Cornificium appellat. 7 *tu*: sc. Thomas cancellarius. 9 *Senece*: v. Sen. *Controu.* i. praef. § 1. 18 *Campidoctor*: sc. Aristotelis; cf. supra iii. 10. 22–3 *conflatorio*: v. Prov. xxvii. 21. 23 *examinatorium*: Hoc substantivum non exhibent Lexica; adjectivum tamen ex Tertulliani *adv. Gnosticos* c. 7 citant

plinarum omnium connexe sunt rationes, et quelibet sui perfectionem ab aliis mutuatur. Vix est que sine alterius adminiculo, si tamen omnino aliqua est, que ad summum possit ascendere. Vt autem opinionis mee iudicium plene cognoscas, quid de hoc opere sentiam paucis aduerte.

Cap. 2. *Quod scientia hec utilis est ad omnia et unde hec sortita sit nomen.*

Analeticorum quidem perutilis est scientia, et sine qua quisquis logicam profitetur, ridiculus est. Vt uero ratio nominis exponatur, quam Greci Analeticen dicunt, nos
917 a possumus Resolutoriam appellare, familiarius tamen assignabimus, si dixerimus *equam locutionem*; nam illi *ana* 'equale', *lexim* 'locutionem' dicunt. Frequens autem est, cum sermo parum est intellectus, et eum in notiorem resolui desideremus equiualenter; unde et interpres meus, cum uerbum audiret ignotum, et maxime in compositis, dicebat 'Analetiza hoc' quod uolebat equiualenter exponi. Nam hec resolutio intellectui ad scientiam adminiculatur quam plurimum. Ceterum, licet necessaria sit doctrina, liber non eatenus necessarius est; quicquid enim continet, alibi facilius et fidelius traditur, sed certe uerius aut fortius nusquam. Siquidem et ab inuito fidem extorquet, quippe
b uiolentus est et quodam Cesareo impetu nullas, nisi hoste subacto, gaudet habere uias; amici gratiam nullius momenti facit. Quod utique satis congruit officio iudicantis, cum affectus amici uel hostis sinceritatem iudicii pervertere soleat. Porro exemplorum confusione et traiectione litterarum quas tum de industria, tum causa breuitatis, tum ne falsitas alicubi exemplorum argueretur, interseruit, adeo confusus est, ut cum magno labore eo perueniatur, quod facillime tradi potest; et plerumque, dum mendacium uitat, nec uerus nec

---

11 *Resolutoriam*: v. Boet. *Comm. I in Ar. de Interpr.* ii. 10; *II.* iv. 10 (ed. Meiser pp. 135, 293). 15 *interpres meus*: v. supra iii. 5. 23 *Cesareo* etc.: v. Lucan. *Phars.* ii. 439 seqq.

falsus est, aut forte mentitur, si tamen proteruia calumniam faciat.

Cap. 3. *Quod liber non eatenus utilis est ad frasim comparandam.*

Sicut autem regule utiles sunt et necessarie ad scientiam, c sic liber fere inutilis est ad frasim instruendam, quam nos uerbi supellectilem possumus appellare. Est enim frasis commoda uerbi facilitas in quauis lingua. Ergo scientia memoriter est firmanda, et uerba pleraque excerpenda sunt; ea enim debet esse philosophantis cautela, ut uerborum intellectui semper insistat, et preter hoc diligenter excerpat uerba que alio commode transferuntur et quorum potest esse frequentior usus. Relique coequantur foliis sine fructu, et ob hoc aut calcantur aut sua relinquuntur in arbore. Vnde qui Aristotilem sequuntur in turbatione nominum et uerborum et intricata subtilitate, ut suum uenditent, aliorum obtundunt ingenia, partem pessimam michi preelegisse d uidentur, quo quidem uitio Anglicus noster Adam michi pre ceteris uisus est laborasse in libro quem Artem Disserendi inscripsit. Et utinam bene dixisset bona que dixit; et licet familiares eius et fautores hoc subtilitati asscribant, plurimi tamen hoc ex desipientia uel inuidentia uani, ut aiunt, hominis contigisse interpretati sunt. Adeo enim expressit Aristotilem intricatione uerborum, ut sobrius auditor recte subiungat:

> Nonne hoc spumosum et cortice pingui,
> ut ramale uetus pregrandi subere coctum?

Habenda est tamen auctoribus gratia, quia de fonte eorum haurientes labore ditamur alieno.

---

1 calumpniam A 7 suppellectilem A 9 est memoriter A^1
10 enim *om.* A^1 14 *ante* calcantur *om.* aut A^1 21 fauctores A

---

1 *proteruia*: i. e. δυσκολία; v. Ar. *Top.* viii. 8. 160 b 3 seqq.; Migne *P. L.* lxiv. 1001. 3 *frasim*: i. e. phrasim; de qua v. Quintil. *Inst. Or.* viii. 1. 15 *in turbatione* etc.: v. Boet. *de Syll. Categ.* i (Migne *P. L.* lxiv. 793). 18 *Adam*: v. supra ad ii. 10. 19 *in libro* etc.: v. supra ad ii. 10 (81. 5). 24 *intricatione*: Hoc vocabulum non exhibent Lexica. 25 *Nonne* etc.: Pers. *Sat.* i. 96, 97.

a Cap. 4. *Que sit libri primi conceptio.*

Ceterum quod necesse est sciri, uerissime et certissime traditur. Hoc equidem est, quid propositio dialectica aut demonstratiua; uniuersalis, particularis, aut indefinita; quid terminus, predicatus uidelicet aut subiectus; quid sillogismus perfectus aut imperfectus; quid in toto esse aut non esse, quas propositiones ad usum sillogizandi conuerti contingat et quas non; quidue optineat in his que modernorum usu dicuntur esse de naturali materia aut contingenti aut remota. Quibus premissis, trium figurarum subnectit rationes, et tam extremitatum quam medii diffinitione premissa, quot et qui modi in singulis figuris ex complexione
b extremitatum proveniant docet; data quidem semente rationis eorum quos, sicut Boetius asserit, Teofrastus et Eudemus addiderunt. Deinde habita modalium ratione transit ad commixtiones que de necessario sunt aut contingenti cum his que sunt de inesse, ut quid ex his in singulis figuris proueniat ostendatur. Nec tamen dico ipsum Aristotilem àlicubi, quod legerim, nisi forte quod ad propositum, de modalibus sufficienter egisse; sed procedendi de omnibus fidelissimam scientiam tradidit. Expositores uero diuine pagine rationem modorum pernecessariam esse dicunt; et modum, siue expressus siue tacitus sit, plurimum attendendum. Nam in hac: 'Quam perfecisti destruxerunt', modus subticetur et intelligitur perinde ac si modus hic, 'uolun-
c tate' scilicet, apponeretur; ut ibi: 'Tenerum spe deuorat

1 primi libri A^2 3 est *om.* A^1 4 infinita A 11 diffinione C 15 modalium habita A^1

3 *quid propositio* etc.: v. Ar. *Anal. Pr.* i. 1–3. 9 *naturali*: i. e. necessaria. 10 *remota*: i. e. privativa. *Quibus premissis* etc.: v. cc. 4–7. 14 *Boetius*: v. *de Syllogismo Hypothetico* i (Migne *P. L.* lxiv. 831). 15 *Deinde habita* etc.: v. cc. 8–26. 24 *in hac* etc.: v. Ps. x. 4 *Quoniam quae perfecisti destruxisti.* Ad Aug. *Enarr. in Ps.* (Migne *P. L.* xxxvi. 135) respicere videtur, ubi legitur: *Omnes enim* (sc. haeretici) *quantum in ipsis est destruxerunt laudem quam ex ore infantium et lactentium perficit Deus.* 25–6 *uoluntate*: sive, ut ait Augustinus, *quantum in ipsis est.* 26 *Tenerum* etc.: Cujus sit versiculus nescio.

agnum'. Est enim modus, ut aiunt, quasi quidam medius habitus terminorum. Et profecto licet nullus modos omnes, unde modales dicuntur, singulatim enumerare sufficiat, quod quidem nec ars exigit, tamen magistri scolarum inde commodissime disputant, et, ut pace multitudinis loquar, Aristotile ipso commodius. Opinor utique quod, siue ob uerum modum siue ob solam formam dicantur modales, earum apud plurimos Scripturarum locos necessaria est cognitio. Ceterum in his precipuam arbitror esse usus auctoritatem, qui sermonum auget et minuit, mutat aut euacuat significationes. Quod patet in eo quod est contingens, cuius latis- d
simus usus, quo possibili equabatur, in communi modernorum usu parietes scolarum nusquam egreditur. Ad hec subiungit unde idoneitas sillogizandi proveniat, quoniam parum est generationem nosse sillogismorum, nisi quis et potentiam habeat faciendi. Sequitur ratio reducendi sillogismos in prime figure modos; et sic primi libri conceptio clauditur.

Cap. 5. *Que sit conceptio secundi.*

Secundus autem transit ad rationem inferendi, que in formam conclusionis patet, adiciens quomodo ex falsis in secunda et tertia figura uerum sillogizetur; quod eos forte preterit, qui ex falso nichil sequi contendunt. Deinde ad circulares progreditur sillogismos, et eos in omnibus figuris 919 a
exequitur; tunc ad conuersiones sillogismorum in omni figura. Ut quidem imperfecti redeant ad perfectos, et omnium fides pariter elucescat, ista precedunt. Que directe ratiocinationis forma est. Subiungitur ratio hipoteseos, que necessitate impossibilis euentus aut non probabilis pro-

3 unde] tantum A^1 17 primos A^1

1 *Est enim modus* etc.: Hanc *modi* (sc. syllogistici) definitionem alibi propositam adhuc non repperi. 13–14 *Ad hec subiungit* etc.: v. cc. 27–44. 16 *Sequitur* etc.: v. cc. 45, 46 20 *Secundus* etc.: v. *Anal. Pr.* ii. cc. 1–4. 22 *eos*: quos *Meludinenses* vocat Jocelinus de Brakelonda *Chron.* c. 25 (*Memorials of St. Edmund's Abbey* ed. Arnold i. p. 240). 23 *Deinde* etc.: v. cc. 4–10. 28 *Subiungitur* etc.: v. c. 11.

positum astruit. Cuius quidem ratio est ut si concludenti non adquiescatur sumpta contradictoria conclusionis et altera concessarum, eisque in prima figura dispositis, colligatur oppositum alicuius concessarum. Quod qualiter in omni figura fiat ostendit; omnesque modos per impossibilem euentum ueros esse conuincit, Ad hec qualiter et in qua figura sillogizetur ex propositionibus oppositis fideliter
b aperit. Adicit et regulam petitionis principii, que speculatio tam demonstratori quam dialectico satis accommodata est; licet hic probabilitate gaudeat, ille ueritatem dumtaxat amplectatur. Preterea si non causa ponatur ut causa, puta, cum quis, non urgente se ratione complexionis, ad impossible ductus esse causatur, sed eo quod falsum aliquid positum fuerat. Sequitur de causa false conclusionis, et catasillogismi, et elenchi, et de fallacia secundum opinionem, et de conuer-
c sione medii et extremorum, cuius tamen tota utilitas longe commodius tradi potest. Subiungitur ratio reducende inductionis, quam dicit rethoricum sillogismum, itidem et exempli, et de deductione. Deinde quid instantia, quid icos, quam propositionem probabilem dicit, etsi eius possit esse instantia, id est, non perpetuo optineat; ut matres amare, nouercas inuidere. Quid item signum et quomodo entimema constet ex icotibus et signis. Postremo agit de cognitione naturarum. Grande quidem capitulum et quod, licet aliquatenus proposito conferat, fidem tamen promissi nequaquam implet. Vnum scio, me huius capituli beneficio neminem in cognitione naturarum uidisse perfectum.

Cap. 6. *De difficultate Posteriorum Analeticorum, et unde contingat.*

Posteriorum uero Analeticorum subtilis quidem scientia est et paucis ingeniis peruia; quod quidem ex causis pluri-

8 *post* et *add* ad B^1 17 comodius CB 22–3 eutimema B 23 ycotibus CBA 28 Analecticorum CBA

6 *Ad hec* etc.: v. cc. 12–15. 8 *Adicit* etc.: v. c. 16. 11 *Preterea*: v. c. 17. 14 *Sequitur* etc.: v. cc. 17–22. 17 *Subiungitur* etc.: v. cc. 23–5. 19 *Deinde quid* etc.: v. cc. 26, 27. *icos*: i. e. εἰκός. 24 *cognitione naturarum*: i. e. τοῦ φυσιογνωμονεῖν.

bus euenire perspicuum est. Continet enim artem de- d
monstrandi, que pre ceteris rationibus disserendi ardua est. Deinde hec utentium raritate iam fere in desuetudinem abiit, eo quod demonstrationis usus uix apud solos mathematicos est; et in his fere, apud geometras dumtaxat; sed et huius quoque discipline non est celebris usus apud nos, nisi forte in tractu Hibero uel confinio Affrice. Etenim gentes iste astronomie causa geometriam exercent pre ceteris; similiter Egyptus et nonnulle gentes Arabie. Ad hec, liber quo demonstratiua traditur disciplina, ceteris longe turbatior est, et transpositione sermonum, traiectione litterarum, desuetudine exemplorum, que a diuersis disciplinis mutuata sunt, et postremo, quod non contingit auctorem, adeo scriptorum deprauatus est uitio, ut fere 920 a
quot capita, tot obstacula habeat. Et bene quidem ubi non sunt obstacula capitibus plura. Vnde a plerisque in interpretem difficultatis culpa refunditur, asserentibus librum ad nos non recte translatum.

Cap. 7. *Quare Aristotiles nomen philosophi pre ceteris meruerit?*

Fuit autem apud Peripateticos tante auctoritatis scientia demonstrandi ut Aristotiles, qui alios fere omnes et fere in omnibus philosophos superabat, hinc commune nomen sibi quodam proprietatis iure uendicaret, quod demonstratiuam tradiderat disciplinam. Ideo enim, ut aiunt, in ipso nomen philosophi sedit. Si michi non creditur, audiatur uel Burgundio Pisanus, a quo istud accepi. Et, quoniam hec igno- b

21 perhipateticos A

3–4 *iam fere in desuetudinem abiit*: Notandum est *Analytica Posteriora* in Theodorici Carnotensis *Heptateucho* deesse; v. Clerval, *Les Écoles de Chartres*, pp. 222, 245; cf. supra ad iii. 5. 7 *in tractu Hibero uel confinio Affrice*: v. C. H. Haskins, *Studies in Mediaeval Science*, pp. 4 seqq. Cf. Petr. Ven. Ep. *de transl. Alcorani* (Migne *P. L.* clxxxix. 650) de Roberto Retinensi et Hermanno Dalmata, *quos in Hispania circa Iberum astrologicae arti studentes inueni.* 26–7 *Burgundio Pisanus*: De illo v. Anselm. Havelberg. *Dial.* ii. 1 (Migne *P. L.* clxxxviii. 1163); Laur. Pignorium in *Symbolis Epistolicis* (Patav. 1628), *Ep.* 39 pp. 157 seqq.; Fabricium *Bibl. Lat.* ed. 1858 i pp. 281 seqq.; *Bibl. Gr.* ed. Harles viii p. 555; Tiraboschi *Stor. della*

rantie tenebras pellit facitque quendam prenoscendi prerogatiua scientem, sectam Academicorum, quam in his que sapienti dubitabilia sunt profitemur, de caligine sua frequenter educit in lucem ; et sicut in primis examinatorium cudens instruxit iudicem, sic clientem suum Aristotiles in his ad docentis prouehit auctoritatem. Eleganti quidem ordine, quia qui recte implet iudicantis officium, merito ad docentis cathedram sullimatur.

Cap. 8. *De officio demonstratiue, et ex quibus sit demonstratio, et quomodo ; et quod sensus scientie principium est, et quomodo.*

Sed ad hanc disciplinam quis idoneus est ? Profecto et si quis in aliquo, eam in multis nullus perfecte assequitur.
c Necesse enim est disciplinarum prenosse principia, et ex his ex necessitate uerorum sequelam colligere consertis rationibus et, ut sic dixerim, calcatius urgendo, ne quis, quasi ex defectu necessitatis, uideatur hiatus, qui demonstratiue scientie preiudicium afferat. Non utique omnis scientia demonstratiua est, sed illa dumtaxat que ex ueris et primis est et immediatis. Nam sicut non omnis sillogismus demonstratio, sed omnis demonstratio sillogismus est, sic demonstratiuam scientia inconuertibiliter ambit. Communes

7 recte iudicantis implet C : iudicantis recte implet A^1 21 sillogismus demonstratio A^1

Lett. Ital. iii. 340 seqq. ; *Memorie di più Uomini illustri Pisani* 1790 i pp. 71 seqq. ; Savigny *Gesch. des röm. Rechts im Mittelalter* iv. pp. 394 seqq. ; Fr. Buonamici in *Annali delle Univ. Tosc.* xxviii. 1908 ; C. H. Haskins, *Studies in Mediaeval Science*, pp. 206 seqq. Latine, ut ait Fabricius, *vertisse dicitur . . . quae in Pandectis graece leguntur, et Geoponicon quaedam et Nemesium de natura hominis et Io. Damascenum de fide orthodoxa et Chrysostomum in Matthaeum.* Disputationi Constantinopoli habitae a. 1136 interfuit. Pisae, ubi officio judicis functus erat, obiit 30 Oct. a. 1194 sec. aeram Pisanam qui est sec. aeram vulgarem a. 1193 (v. *Mem. di più Uomini illustri Pisani* 1790 i. pp. 73, 93. *hec* : sc. demonstratiua.

4–5 *examinatorium cudens* : v. supra iv. 1. 12 *Sed ad hanc* etc. : v. 2 Cor. ii. 16. 14 *Necesse enim* etc. : Res in Ar. *Anal. Post.* i contentas, haud tamen eodem ordine quo utitur ipse Aristoteles pergit describere Noster. 16 *calcatius* : v. Boet. *de Syll. Categ.* ii (Migne *P. L.* lxiv. 830).

itaque conceptiones animi precedunt, deinde per se nota; et ex his demonstratiua exoritur. Refert autem in his que nota sunt, an natura an ad nos notiora sint; nam proxima sensui notiora nobis, remotiora vero, utpote uniuersalia, simpliciter et naturaliter notiora. Ex principiis itaque di- d sciplinarum per propositiones immediatas, id est que probatione non indigent, ad id quo tendit uia est demonstratori. Et licet ad iudicium maxime dicatur hec scientia pertinere, inuentioni tamen plurimum confert. Docet enim ex quibus et qualiter contingat demonstrare, et quando, et quomodo propriis aut communibus sit utendum; nam scientie sibi inuicem amminicula conferunt. Et quia non omnis locus demonstratori commodus est (utpote ab accidente, eo quod corruptibilium nec demonstratio nec scientia simpliciter est,) necessarios sibi uendicat locos, reliquos dialectico cedit et oratori, quibus satisfactum est, si ueri simmillimus fiat sillogismus. Preterea quibus sillogismis quibusue proposi- 921 a tionibus utendum sit aperit, et quam uim in astruendo uel destruendo afferat propositionis quantitas aut qualitas diligenter inspecta; quis autem sillogismus, cui faciat questioni, queve sit figura sillogismo accommodata pandit, et sic demonstrandi scientiam statuit, ac si sensu corporeo teneantur que ratio indubitata sic esse conuincit. Communes enim conceptiones a singulorum inductione fidem sortiuntur. Impossibile enim est uniuersalia speculari non per inductionem; quoniam, ut ait, que ex abstractione dicuntur, per inductiones nota fiunt. Inducere autem non habentes sensum impossibile est. Singularium enim sensus est; nec contingit ipsorum accipere scientiam, neque ex uniuersalibus sine inductione, nec per inductionem sine sensu. Fit b ergo ex sensu memoria; ex memoria multorum sepius iterata experimentum; ab experimentis scientie aut artis

---

26 ex *om.* A^1 27 mota nota CBA

---

25 *Impossibile* etc. usque ad *sine sensu* : *Anal. Post.* i. 13. 81 b 2 seqq.; Migne *P. L.* lxiv. 730. *non* : *nisi* Boet. 30–1 *Fit ergo* etc. : v. *Anal. Post.* ii. 19. 100 a 3 seqq.

ratio manat. Porro ab arte, que usu et exercitatione firmata est, prouenit facultas exequendi ea que ex arte gerenda sunt. Sic itaque sensus corporis, qui prima uis aut primum exercitum anime est, omnium artium preiacit fundamenta; et preexistentem format cognitionem, que primis principiis uiam non modo aperit, sed et parit.

Cap. 9. *Quid sensus; et quomodo omnis philosophie species ex ipso conualescat per imaginationem.*

c Planum autem est hoc diligentius inspicienti per singula. Nam, cum sensus secundum Aristotilem sit naturalis potentia iudicatiua rerum, aut omnino non est aut uix est cognitio, deficiente sensu; si quis opera nature, que ex elementis uel materia constant et forma, pertractet cum phisico, ratiocinandi uiam ab indicio sensuum mutuatur. Si uero cum mathematico figuras abstrahat aut numeros partiatur, discrete multitudinis aut continuorum corporum copiam fidelibus oculis ingerit. Philosophus quoque, qui rationalem exercet, qui etiam tam phisici quam mathematici cliens est, ab his incipit, que sensuum testimonio conualescunt et proficiunt ad intelligibilium incorporaliumque notitiam. Est autem sensus, ut Calcidio placet, passio corporis ex quibus-
d dam extra positis et uarie pulsantibus corpus usque ad animam commeans. Nisi enim eadem aliquid uiolentie habeat, nec ad animam peruenit nec cadit in sensus formam. Si uero eadem passio grata est lenitate sui, uoluptatem gignit, et si inualescit, gaudium nominatur; quod si asperitate sui exulcerat, dolorem gignit. Aristotiles autem sensum potius uim anime asserit quam corporis passionem. Sed hec eadem uis, ut iudicium suum de rebus formet, passionibus excitatur. Et, quia res percipit, earundem apud se

11 indicatiua BA 17 occulis A^1

10 *secundum Aristotilem*: v. *Anal. Post.* ii. 19. 99 b 35. 11 *omnino non est* etc.: v. *Anal. Post.* i. 13. 81 a 38 seq. 20–1 *Est autem* etc. usque ad *gignit*: v. Chalcid. *Comm. in Tim. Plat.* §§ 193, 194. 27 *Aristotiles*: videlicet, ut supra, in *Anal. Post.* ii. 19. 29–30 *passionibus excitatur*: v. Chalcid. op. cit. § 191.

deponit imagines quarum retentione et frequenti reuolutione quasi thesaurum memorie sibi format. Dum uero rerum uoluit imagines, nascitur imaginatio; que non modo preceptorum recordatur, sed ad eorum exempla conformanda 922 a sui uiuacitate progreditur. Quesitum tamen est an a sensu distet imaginatio naturaliter an solo percipiendi modo. Recolo enim fuisse philosophos quibus placuit, sicut incorpoream simplicem et indiuiduam esse substantiam anime, ita et unam esse potentiam quam multipliciter pro rerum diuersitate exercet. Eorum ergo opinio est quod eadem potentia nunc sentiat, nunc memoretur, nunc imaginetur; nunc discernat inuestigando, nunc inuestigata assequendo intelligat. Sed plures sunt e contrario sentientes animam quidem quantitate simplicem, sed qualitatibus compositam et, sicut multis obnoxiam passionibus, sic multis potentiis utentem. Et facile quidem crediderim plures esse quam eorum sit libris expressum; cum anima, dum a Domino b peregrinatur, sue originis nimis ignara, uix uires suas agnoscat.

Cap. 10. *De imaginatione, et quod ex ipsa oriuntur affectiones quibus anima componitur aut turbata deturpatur.*

Imaginatio itaque a radice sensuum per memorie fomitem oritur, et non modo presentia, sed et absentia, loco quidem uel tempore, per quandam simplasim, quam nos conformationem possumus dicere, intuetur. Hinc est illud:

> Sic sedit, sic culta fuit, sic stamina neuit,
> iniecte collo sic decuere come.

---

2 tesaurum A 5 est tamen A^1 11 imaginatur B

---

10 *Eorum ergo* etc.: cf. Isid. *Diff.* ii. 29 (Migne *P. L.* lxxxiii. 84). 17–18 *dum a Domino peregrinatur*: v. 2 Cor. v. 6. 25 *simplasim*: σύμπλασις de corporis compositione habet Greg. Nyss. *de anima et resurrectione* (Migne *P. G.* xlvi. 126). Greg. Nyss. *de anima* Latine vertisse Burgundionem Pisanum refert L. Pignorius; quod tamen de Nemesii tractatu περὶ φύσεως ἀνθρώπου intelligendum est. 26 *conformationem*: v. Cic. *de Orat.* ii. 87 § 357. 27 *Sic sedit* etc.: Ov. *Fast.* ii. 771, 772. 28 *decuere*: *iacuere* Ov.

c Quod autem abstractiua sit, innuit Maro, dum se sui Astianactis imaginem abstraxisse recordatione quadam Andromache fatetur:

> O michi sola mei super Astianactis imago!
> Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,
> et nunc equali tecum pubesceret euo.

Et quia, ut in Politia ait Plato, facile est assequi naturalia archana, ex his que frequenter accidunt, imaginem eorum que future sunt, concipit ex qualitate eorum que presentialiter sentit uel aliquando sensit. Ergo, si passionem asperam concipit de futuro, timor oritur; spes autem, si utilitate uel amenitate iocundam. Hinc nascitur et cupiditas, perniciosissima pestis et que philosophandi proposito
d plurimum aduersatur; impossibile enim est quemquam cupiditati et philosophie pariter operam dare. Mixta autem est ex contrariis, cum spes fruendi uoluptatem pariat, sed dilatio tristitiam et dolorem; que, si inualuerint, ut exordinent et turbent animam, ex ea concussione fit ira. Itaque ad compescendos motus illicitos parit imaginatio cautelam, que nociua declinet; ut sunt ex quibus dolor, ira, cupiditas, et sequele istorum, puta inuidia, odium, detractio, luxuria, uanitas. Dum uero nimis cauet, ad formidinem; dum parum, ad temeritatem accedit. Et in hunc modum ex sensu proueniunt cetera per imaginationis opem; ut amor, qui ad tutelam corporis uel ad conseruationem utilium uel ad procurandam successionem plurimum operatur.

18 ira] ita CBA¹

4 *O michi* etc.: Verg. *Aen.* iii. 489–91. 7 *ut in Politia* etc.: v Chalcid. *Comm. in Tim. Plat.* § 231. Haec autem verba *ut idem Plato docuit in Politia* non apud Chalcidium cum sequentibus coniungi debent, sed cum praecedentibus istis *Ex coniectura siquidem nascitur opinio, ex opinione intellectus* quae ad *Rep.* vi. 509 seqq. respiciunt. 10–11 *passionem asperam*: v. Aug. *de C. D.* xiv. 15. 16 *spes fruendi* etc.: v. Chalcid *Comm. in Tim. Plat.* § 194. 18 *exordinent*: Hoc vocabulum non exhibent Lexica: *exordinatio* tamen exstat in S. Benedicti *Regulae* cap. 65, ed. Woeffl. p. 64. 20 *dolor* etc.: v. Chalcid. *Comm in Tim. Plat.* § 195. 22 *Dum uero* tc. usque ad cap. finem: v. Chalcid. *Comm. in Tim. Plat.* § 194.

Cap. 11. *Quid imaginatio; et de opinione et de fallacia opinionis et sensus; et de ortu fronesis, quam nos prudentiam nominamus.* 923 a

Est igitur imaginatio primus motus anime extrinsecus pulsate, quo secundum exercetur iudicium aut per recordationem redit primum. Primum enim iudicium uiget in sensu, dum aliquid album aut nigrum aut calidum aut frigidum esse pronuntiat. Secundum uero imaginationis est; ut cum aliquid perceptorum, retenta imagine, tale uel tale asserit, de futuro iudicans uel remoto. Hoc autem alterutrius iudicium opinio appellatur; et est quidem certa, si prout se habent de rebus iudicat; si uero aliter, infidelis. Hanc autem asserit Aristotiles anime passionem, eo quod, dum exercetur, rerum imagines anime impriman- b
tur; quod si una pro altera imprimatur, pro errore, quo fallitur in iudicio, fallax uel falsa opinio nominatur. Nam sepissime falluntur sensus, non modo in paruulis, ubi ratio putatur otiosa, sed et in prouecta etate; quod Aristotiles docens dicit ex eo contingere lactentes omnes uiros putare patres, feminas autem matres, quod sensus rudis fallitur, nec firmum potest afferre iudicium; baculus uero in aqua fractus uidetur etiam perspicacissimis. Et quia sensuum fallaciam deprehendit, in eo agitatur ut et fidele aliquid teneat, cui sine errore fiducialiter possit inniti. Ab hac agitatione nascitur uirtus quam Greci fronesim, Latini prudentiam uocant.

Cap. 12. *Quid prudentia, que materia eius, que partes; et quomodo scientia ex sensu.* c

Prudentia autem est, ut ait Cicero, uirtus anime, que in inquisitione et perspicientia sollertiaque ueri uersatur.

---

13 *animae passionem*: v. Ar. *de Interpr.* 1. 16 a 3, 7, cum Boethii commentariis. Cf. *Hist. Pontif.* c. 13 (ed. Poole p. 37). 18 *Aristotiles*: sc. in *Phys.* A. 1. 184 b 12 seqq.; v. Chalcid. *Comm. in Pl. Tim.* § 206. 23 *deprehendit*: sc. opinio. 29 *Prudentia* etc.: v. *de Off.* i. 5 §§ 15 seqq.

Materia enim huius uirtutis, in qua exercetur, ueritas est; reliquarum uero domestice quedam necessitates. Ne ergo undecumque fallatur, ad futura prospectum intendit et prouidentiam format; uel, preterita ad mentem reuocans, thesaurizat memorie; uel de presentibus callet et astutie uel calliditatis speciem parit; aut se pariter ad uniuersa diffundit et ei circumspectio nascitur. Cum autem ueritatem fuerit assecuta, in speciem scientie transit. Ex his patet
d quod, cum de sensu imaginatio, et ex his duobus opinio, et ex opinione prudentia nascatur, que in scientiam conualescit, quod scientia de sensu trahit originem. Nam, ut dictum est, multi sensus aut etiam unus memoriam unam, multe memorie experimentum, multa experimenta regulam, multe regule reddiderunt unam artem, ars uero facultatem.

Cap. 13. *De differentia scientie et sapientie; et quid fides.*

Inde est quod maiores prudentiam uel scientiam ad temporalium et sensibilium notitiam retulerint; ad spiritualium uero, intellectum uel sapientiam. Nam de humanis scientia, de diuinis sapientia dici solet. Adeo autem de sensu scientia pendet, ut eorum que sensu sciuntur non scientia sit, rebus a sensu subductis. Constat enim hoc ab
924 a Aristotile. Potest tamen esse fidelis opinio; ut cum post noctem sol creditur rediturus. Vnde, quia humana transitoria sunt, certum opinionis de eisdem nequit esse iudicium, nisi raro; si autem, quod non usquequaque certum est pro

---

1 Materia A exercentur CBA¹ 3 ad *om.* A¹ 5 tesaurizat A 14 unam reddiderunt A¹ 15 *ante* quid *om.* et A 21–2 sit scientia B²A 24–5 sunt transitoria A¹ 25 nequid A

---

5 *thesaurizat memorie*: cf. Cic. *de Orat.* i. 5 § 18. 11–12 *ut dictum est*: sc. supra c. 9 ex Ar. *Anal. Post.* ii. 19. 17 *maiores*: v. Cic. *de Off.* i. 43 § 153, Aug. *de Trin.* xii. 15 § 25, xiii. 1 § 1, xiv. 1 § 3 (Migne *P. L.* xlii. 1012, 1013, 1037), Chalcid. *Comm. in Tim. Plat.* § 178, Notandum tamen est apud Ciceronem *scientiam sapientiae* non ut speciem coordinatam sed ut genus relatam esse. 22–3 *ab Aristotile*: v. *Anal. Post.* i. 13. 81 a 38 seqq.

certo statuatur, fit accessus ad fidem, quam Aristotiles diffinit esse uehementem opinionem. Fides autem tam in humanis quam in diuinis rebus maxime necessaria est; cum nec contractus sine ea celebrari inter homines possent, aut aliqua exerceri commercia; inter Deum quoque et homines meritorum premiorumque nequit esse commercium, fide subtracta. Hec autem tunc habet meritum, cum ueros de religione tenet articulos et est, ut ait Apostolus, substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Est et media inter opinionem et scientiam, quoniam per b uehementiam certum asserit, ad cuius certitudinem per scientiam non accedit. Vnde magister Hugo: Fides est uoluntaria certitudo absentium, supra opinionem, infra scientiam constituta. Sed hic scientie nomen dilatatum est, et usque ad diuinorum comprehensionem protenditur.

Cap. 14. *De cognatione fronesis et alicie; et de ortu fronesis, et quid ratio.*

Et quia ueritas prudentie materia est (nam in ueri comprehensione laborat) finxerunt antiqui Fronesin et Aliciam esse germanas, eo quod prudentie cum ueritate est quedam diuina cognatio. Inde est quod ab aspectu ueritatis prudentia, si perfecta est, nequit arceri; uerum, quia hoc hominum non est, latens uerum auide querit infirma conditio. Et quidem propter fallacias sensuum et opinionum, c

8 Apostolus *om.* A^1 16 alitie A 19 alitiam A

1 *Aristotiles* etc.: v. *Top.* iv. 5. 126 b 18 ἡ πίστις ὑπόληψις σφόδρα; quam vertit interpretatio Boethiana (Migne *P. L.* lxiv. 950) *fides opinio uehemens.* 8 *ut ait Apostolus*: v Heb. xi. 1. 12 *Fides* etc.: Hugo de S. Victore, *Summ. Sentent.* i. 1 (Migne *P. L.* clxxvi. 43); cuius locum hic Ioannem expresso Hugonis nomine retulisse testimonium haud parvi momenti esset *Summam* istam recte Hugoni adscriptam esse, nisi quod fere eadem etiam in ejusdem libro *de Sacram. Leg. Nat. et Script.* (Migne *P. L.* clxxvi. 35) leguntur: v. Grabmann *Gesch. der schol. Meth.* ii. 294. Cf. eundem Hugonem *de Sacramentis* i. 10. c. 1 (Migne *P. L.* clxxvi. 330). 15 *diuinorum comprehensionem*: quam sub sapientiae nomine a scientia distruxit Augustinus. 18 *ueritas prudentie materia*: v. supra c. 12. 19 *antiqui*: sc. Theodulus; v. *Eclog.* v. 335 (ed. Osternacher p. 53); cf. supra ii. 3. *Aliciam*: i. e. Ἀλήθειαν.

uix in eius inuestigatione fideliter incedit; uix est in comprehensione secura; recolit enim se deceptam esse et posse decipi. Sollicitatur ergo ut firma perceptione gaudeat indubitatoque iudicio, quod potest ratio appellari; siquidem ratum et firmum est rationis examen. Philologiam ergo parit Fronesis, dum amor ueri sollicitat prudentiam ad notitiam rerum, de quibus ferri uult sincerum firmumque iudicium. Et est 'philologia', sicut 'philosophia', nomen temperatum; quia, sicut appetere quam habere sapientiam facilius est, sic amare quidem quam exercere rationem. Ratio enim, id est sincera iudicii firmitudo, paucorum est.

d Cap. 15. *Item quid ratio; et quod nomen rationis multiplex est; et quod rationes sempiterne.*

Anima itaque pulsata sensibus et prudentie sollicitudine ualidius concussa seipsam exerit, collectisque in unum uiribus, dolos sensuum et opinionum studet intentius declinare. Sua uero intentione perspicacius uidet, firmius tenet, et sincerius iudicat. Et hec est uis, que ratio nominatur; siquidem ratio est potentia spiritualis nature, discretiua rerum corporalium et incorporalium, que res appetit firmo et sincero examinare iudicio. Ipsum quoque iudicium eius censetur nomine rationis. Sed et illa censentur rationes, de quibus sola ratio iudicat, et quorum essentia a sensibilium singulariumque natura disiuncta est. Has pater Augustinus et multi alii asserunt sempiternas.
925 a Hec autem sunt in quibus ab initio et sine initio eterne constitutionis decretum et sue dispositionis seriem sanxit ratio primitiua, quam si dixero sapientiam Dei, utique non errabo. Infinita quidem huiusmodi uel in ipsis ueris palam

5 *Philologiam* etc.: v. Mart. Cap. ii. § 114. 9 *temperatum*: i. e. mixtum. 11 *paucorum*: sic de *intellectu* (i. e. *νοῦ*) Pl. *Tim.* 51 E interpr. Chalc.; cf. infra c. 18 ad fin. et vide adnot. ad loc. 14 *pulsata sensibus*: v. Pl. *Tim.* 44 A interprete Chalcidio. 19 *siquidem ratio* etc.: cf. ps.-Aug. *de Spiritu et Anima* c. 38 (Migne *P. L.* xl. 809). 25 *Augustinus*: v *de Div. Quaest. 83* xlvi (Migne *P. L.* xl. 30, 31); *de Trin.* xii. 2 § 2 (Migne *P. L.* xlii. 999). 29 *in ipsis ueris*: in divinis. Sic etiam infra: *non modo in ueris.*

est inuenire; nam Deum esse Deum, et Patrem habere Filium, et Spiritum sanctum utrique consubstantialem esse, nonnichil utique sunt hec enuntiabilia, sed ab eterno uera, et diuino firma iudicio; et non modo in ueris, sed in aliis, hoc ipsum liquet; cum ratio duorum ad tria, et item trium ad duo, et in hunc modum plurima, auctore Augustino, sempiterna sunt. Quod si cui uideatur absurdum, librum eius de Libero Arbitrio legat, et ita esse constabit.

Cap. 16. *Distinctio multiplicitatis; et quod bruta non habent rationem, etsi discernere uideantur; et unde homo eam sortitus sit iuxta Hebreos.* b

Cassiodorus uero in libro de Anima tali utitur diffinitione: Rationem dico animi probabilem motum, qui per ea que conceduntur et nota sunt ad aliquid incognitum ducit, perueniens ad ueritatis archanum. Ergo et potentia et potentie motus ratio appellatur. Hunc autem motum asserit Plato in Politia uim esse deliberatiuam anime, que quid honestum uel utile sit appetendumue aut fugiendum, pensatis rerum speciebus specierumque causis, iudicio fideli examinat. Habent enim et bruta animalia uim quodam modo discretiuam, qua discernunt cibos, declinant insidias, precipitia transiliunt, necessitudinem recognoscunt; non tamen rationem exercent, sed naturali appetitu uigent et c imaginantur pleraque, sed causas rerum discutere nequaquam possunt. Quod quidem ex eo prouenire dicunt Hebrei, quod cum, Domino disponente, ab initio creaturarum cetera coaluerint, et fotu caloris et humoris sortita sint spiritum naturalem, animalem, sensibilem, ex quibus oriuntur appetitus et imaginatio, quam habent bruta, solus

27 sint sortita B

6 *auctore Augustino*: v. *de Lib. Arb.* ii. 8 (Migne *P. L.* xxxii. 1252, 1253). 12 *Cassiodorus*: v. *de Anima* c. 2 (Migne *P. L.* lxx. 1284). 16 *Hunc autem* etc.: v. Chalcid *Comm. in Tim. Plat.* § 230 (ed. Wrobel p. 267) *Hanc eandem ordinationem*, ait in § 233, *inuenimus etiam in libris Politiae*; praesertim in libris quarto et nono. 26 *Hebrei* etc.: v. Chalcid. *Comm. in Tim. Plat.* § 300.

homo assecutus est uim efficacius et sincerius disserendi, quod ei uitam inspirans Deus diuine rationis uoluit esse participem. Hominis uero spiritus, quoniam a Deo datus et ad Deum rediturus est, solus diuina meditatur, et in eo fere solo ceteris animalibus prestat. Res enim corporeas
d non modo imaginatio sed sensus comprehendit; ad hec et rerum corporalium formas, ueram quoque ipsam coherentiam discoherentiamque pro parte cognoscit. Sensus enim uidet hominem, rem utique corporalem; uidet colores et motus, formas utique corporalium; uidet etiam hominem mouere manum, quod quidem amplius est quam uidere hominem mouentem, id est qui mouet manum. Quod si cui mirum est, adquiescat uel Augustino. Porro ratio transcendit omnem sensum, et iudicium suum etiam in corporalibus et spiritualibus rebus immergit. Contemplatur omnia inferiora et ad superiora prospectum intendit. Rationi Hebreorum consentit Senece diffinitio, etsi ille aliud senserit. Ait enim; Ratio est quedam pars diuini Spiritus humanis immersa corporibus. Quod tamen aut errori Gentilium accommo-
926 a dandum est, qui Animam Mundi in animas singulas discerptam opinabantur, ipsamque mentiebantur esse Spiritum sanctum; aut benignius interpretandum est ut pars non in quantitate, sed in uirtute dicta credatur. Nam, ut uerbi figuram exprimeret, adiecit quedam. Licet enim ratio quodammodo uirtus diuina sit, nequaquam tamen pars eius est, qui absolutissime simplicitatis est.

Cap. 17. *De officio rationis, et quare sensus in capite, quibus ratio presidet; et quas pedissequas habeat Philologia.*

Cum ergo ratio origine diuina nobilitetur et diuino polleat exercitio, eam super omnia colendam esse totius

3 *Hominis uero* etc.: v. Eccles. xii. 7. 13 *Augustino*: cf. *de Lib. Arb.* ii 3, 4, 5 (Migne *P. L.* xxxii. 1245 seqq.); *de C. D.* xi. 27. 17 *Senece diffinitio*: v. *Ep.* 66 § 12. 19 *Gentilium*: v. Plat. *Tim.* 35 A, Macrob. *Comm. de Somn. Scip.* i. 14. De opinione Animam mundi Spiritum sanctum esse, cui aliquando favebat Abaelardus, v. Abael.

philosophie decreto sancitum est. Hec enim inordinatos motus compescit et ad normam bonitatis componit uniuersa, b ut nichil sit quod ordinationi diuine repugnet, cui si quis obtemperat, felici processu peraget euum; si detrectat, ut in Thimeo ait Plato, claudum iter uite et mancum serpens, cum familiari stultitia demum reuocatur ad inferna. Agit hec corporis curam et anime et utrumque componit. Qui uero utrumque contemnit, mancus et debilis est; qui alterum, claudus. Et quia sensuum examinatrix est, qui ob fallendi consuetudinem possunt esse suspecti, natura optima parens omnium, uniuersos sensus locans in capite, uelut quendam senatum in Capitolio anime, rationem quasi dominam in arce capitis statuit; mediam quidem sedem tribuens inter cellam phantasticam et memorialem, ut c uelut e specula sensuum et imaginationum possit examinare iudicia; proinde quidem, quia hec ipsa uis, etsi diuina sit, quasi quodam sensuum et imaginationum uentilabro excitatur, et quia prudentia ad inuestigationem ueri querit rationis sincerum examen ei Philologiam parit, quam due pedisseque, Periergia et Agrimnia, iugiter prosequuntur. Est autem Periergia que laborem circuit operis, Agrimnia, uigilans diligentia, que exercitium temperat, ne quid nimis; amor enim otiosus non est. Habet enim terrenam et mortalem Philologia originem; sed, cum ad diuina transit, immortalitate quadem deificatur. Quia cum prudentia, que de terrenis est et rationis amor, ad incorrupte ueritatis diuinorumque archana consurgit, in sapientiam transiens, quodammodo a mortalium conditione eximitur. d

1 sanccitum A 8 contempnit A 18 ueri] tamen A^1 20 agrinnia A 21 agrinnia A

de Unit. et Trin. Diu. (ed. Stölzle pp. 1, 2, 8 seqq.); *Theol. Christ.* i. 5 (*Opp.* ed. Cousin ii. 378 seqq.); *Introd. ad Theol.* i (*Opp.* ii. 48 seqq., 109 seqq.); *Ouvr. inédits*, p. 475; Bern. *de Erroribus Abaelardi* 4 § 10 (Migne *P. L.* clxxxii. 1062); cf. Cousin *Ouvr. inéd. d'Abélard* p xxxiii seq., Poole *Illustrations of Mediaeval Thought* pp. 150 seqq.; C. C. J. Webb *Studies in Hist. of Nat. Theol.* pp. 223 seqq.

5 *claudum* etc.: v. *Tim.* 44 c in versione Chalcidii. *et mancum*: Platonis verbis addidit Ioannis. 12 *rationem* etc.: v. Chalcid. *Comm. in Pl. Tim.* § 231. 19–20 *quam due pedisseque* etc.: v. Mart. Cap. ii. §§ 111 seqq. 20 *Agrimnia*: i. e. Agrypnia.

Cap. 18. *De differentia rationis et intellectus; et quid intellectus.*

Qua uero proportione ratio transcendit sensum, ea, sicut Plato in Politia auctor est, excedit intellectus rationem. Nam intellectus assequitur quod ratio inuestigat; siquidem in labores rationis intrat intellectus, et sibi ad sapientiam thesaurizat quod ratio preparans adquisiuit. Est itaque intellectus suprema uis spiritualis nature, que, humana continens, et diuinas penes se causas habet omnium rationum naturaliter sibi perceptibilium. Sunt enim que exu-
927 a perant omnem sensum tam hominum quam angelorum diuine rationes. Et nonnulle aliis plus aut minus pro diuine dispensationis decreto innotescunt. Hunc solius Dei esse et admodum paucorum hominum selectorum asserit Plato.

Cap. 19. *Quid sapientia, et quod ipsa de sensu per gratiam.*

Sapientia uero sequitur intellectum, eo quod diuina de his rebus quas ratio discutit, intellectus excerpsit, suauem habent gustum et in amorem suum animas intelligentes accendunt. Nam et ex eo sapientiam dici reor, quod boni saporem habeat in diuinis. Vnde Patres scientiam referunt ad actiuam, ad contemplatiuam uero sapientiam. Patet ex his quod, si quis premissos gradus recenseat, de scaturigine sensuum etiam sapientiam, preeunte et opitulante gratia,

3 Quia CA[1] 7 tesaurizat A 14 s. (= scilicet) electorum A (*sic prima manus correxit quod prius ipsa scripserat* selectorum)

3–4 *sicut Plato* etc.: i. e. in *Rep.* vi. 533 D seq.; v. Chalcid. *Comm. in Pl. Tim.* § 231. 6 *in labores* etc.: v. Ioann. iv. 38. 7 *thesaurizat*: v. Ecclus. iv. 21. 10–11 *que exuperant omnem sensum*: v. Philipp. iv. 7. 15 *Plato*: v. *Tim.* 51 E; quem locum etiam citat Ioannes noster in *Hist. Pontif.* c. 14 (ed. Poole, p. 33); cf. supra c. 14 ad fin. Cf. Chalcid. *Comm. in Tim.* § 340; et locum Augustino attributum infra c. 30 (198. 1). 14 *selectorum*: *lectorum* Chalcid. 21 *Nam ex eo* etc.: v. Isid. *Etym.* x. § 240. 22 *Patres*: v. Aug. *de Trin.* xii. 14 § 22, 15 § 25 (Migne *P. L.* xlii. 1009, 1012); Isid. *Diff.* ii. 147 (Migne *P. L.* lxxxiii. 93).

uidebit emanare. Et, ut prophetico testimonio gaudeamus, timor ipse, qui est initium sapientie, de sensu uel imagina- b
tione pene contingit. Qui, cum sollicitetur, ne uapulet, punientis habens memoriam, ipsius declinat offensam; pre-
miorum quoque sensu uel imaginatione ad obsequium punire et beare potentis incitatur. Pietatem ergo exercuit qui declinat offensam, sed per experientiam obsequii scientiam assecutus est; hec enim actionis est. Si uero assuescat experientie, ex consuetudine gerendorum prouenit
fortitudo. Vt autem obsequium rationabile, quod gratissimum est, prestet, consilium deliberationis super actis uel agendis oboritur. Deliberationem sequitur intellectus, meliorem partem retinens in sinu suo; uersatur enim in diuinis, quorum gustus et amor et inherentia uera demum
sapientia est. Hos tamen gradus non operatur natura, sed c
gratia, que de fonte sensuum pro arbitrio suo elicit uarios riuulos scientiarum et sapientie; inuisibilia Dei per ea que facta sunt manifestat, et manifestata quadam caritatis unitate communicat, et hominem Deo unit.

Cap. 20. *De cognitione anime, et simplicitate et immortalitate secundum Ciceronem.*

Vnde et quidam minuti philosophi, eo quod a sensibus ad scientiam sit processus, nisi eorum que sentiuntur ullam negant esse scientiam. Quod quantum philosophandi pro-
posito aduersetur perspicuum est. Perit enim exercitium rationis, quo rerum apud se notiones, quas Greci *ennoias* d
dicunt, querit et tenet; sine quo nec nomen constare potest. Est ergo, ut ait Cicero in Tusculanis, magni ingenii reuocare

4 declinet C^1 20 *post* anime *add.* de A

2 *qui est initium sapientie*: v. Ps. cx. 10, Ecclus. i. 16. 3 *pene*: i. e. *poenae*. *sollicitetur*: sc. in malum. 8 *hec*: sc. scientia. 10 *obsequium rationabile*: Rom. xii. 1. 17 *inuisibilia Dei* etc.: v. Rom. i. 20. 22 *quidam minuti philosophi*: Cic. *de Sen.* 23 § 85. 26 *notiones* etc.: v. Cic. *Tusc. Disp.* i. 24 § 57. 28 *magni* etc.: Cic. *Tusc. Disp.* i. 16 § 38.

mentem a sensibus, et cogitationem a consuetudine abducere. Nec enim Deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quidem sit et libera et segregata ab omni concretione mortali. Singularis est quedam natura atque uis animi, seiuncta ab his usitatis notisque naturis; quicquid illud sit, profecto diuinum est. Non ualet tamen animus ut plene seipsum uideat.—Sed ut oculus, sic animus, se non uidens, alia cernit.—Non uidet autem quod minimum est, formam suam fortasse.—Quamquam id quoque; sed hec relinquamus; uim certe, sagaci-
928 a tatem, memoriam, motum, celeritatem uidet. Hec magna, hec diuina, hec sempiterna sunt. Qua facie quidem sit aut ubi habitet, ne querendum est quidem. Itaque sic mentem hominis, quamuis eam non uideas, ut Deum non uides; tamen, ut Deum agnoscis ex operibus eius; sic ex memoria rerum et inuentione et celeritate motus omnique pulcritudine uirtutis, uim diuinam mentis agnoscito. In animi autem cognitione dubitare non possumus, nisi plane in phisicis plumbei simus, quin nichil sit animis admixtum, nichil concretum, nichil copulatum, nichil coaumentatum, nichil duplex. Quod cum ita sit, certe nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest; igitur nec interire. Hec ille in Tusculanis, ut et uim deliberatiuam, rationem scilicet,
b diuinam quidem, et animas hominum esse immortales doceat. Hec quidem de passione sensuum et uiribus et dignitate anime multa breuitate perstricta sunt, ut constaret quia, ut ait Aristotiles, ars siue scientia originem trahit a sensu. Si quis enim uellet de uiribus anime copiosius disputare, materia subtilis, ingenium acutum, capacem memoriam, et expeditum otium querens, cum studio diligenti in maximorum uoluminum quantitatem erumperet.

10 hec *om.* BA 16 pulchritudine B 20 coaugmentatum A^2
24-5 doceat immortales A

2 *Nec enim* etc. usque ad *est quidem*: v. Cic. *Tusc. Disp.* i. 27 §§ 66, 67. 9-10 *fortasse – Quamquam*: *Quamquam fortasse* Cic. 13 *sic mentem* etc. usque ad *agnoscito*: Cic. *Tusc. Disp.* i. 28 § 70. 17 *In animi autem* etc. usque ad *interire*: Cic. *Tusc. Disp.* i. 29 § 71. 27 *ut ait Aristotiles*: v. *Anal. Post.* ii. 19. 100 a 6 seqq.

Qui uero naturam anime diligentius inuestigare uoluerint, non modo Platonis, Aristotilis, Ciceronis, et ueterum philosophorum scripta reuoluant, sed Patrum qui ueritatem fidelius expresserunt. Nam et doctores Ecclesie et post eos Claudianus et alii moderniores de anima multa scripserunt, c quos si quis non potest euoluere, uel Prenonphisicon legat, librum de anima copiosissime disputantem. Eum tamen aliis omnibus non prepono. Sed hec hactenus; nunc ad propositum redeamus.

Cap. 21. *Quod in precedentibus, etsi non sufficienter, Aristotiles aliquod ypotheticarum seminarium dedit.*

Dialecticam et apodicticam, quam nos demonstratiuam dicimus, precedentia docent; in his tamen de ipoteticis syllogismis nichil aut parum est actitatum. Seminarium tamen datum est ab Aristotile, ut et istuc per industriam aliorum possit esse processus. Cum enim tam probabilium quam necessariorum loci monstrati sint, ostensum est quid ex quo d sequitur probabiliter aut necessario. Quod quidem ad ypoteticarum indicium maxime spectat, ut arbitror, ut consequentia constet. Preterea Boetius hoc pro seminio inueniendorum dicit acceptum, quod Aristotiles ait in Analeticis: Idem, cum sit et non sit, non necesse est idem esse. Ergo ipse et alii aliquatenus suppleverunt imperfectum Aristotilis in hac parte; sed quidem, ut michi uisum est, imperfecte. Itaque in ipoteticis sillogismis, qui sillogismi

6 prenonphysicon A 11 compotheticarum CBA seminium CA 13 hipoteticis A 19 hipoteticarum A 21–2 analecticis A 25 hipoteticis A

5 *Claudianus*: i. e. Claudianus Mamertus *de Statu Animae*. 6 *Phrenonphysicon*: quasi *περὶ φρενῶν φύσεως*. Forsan ad librum quendam respicit qui *Physica Animae* inscribitur, et inter opera Willelmi abbatis S. Theodorici apud Remos, postea monachi Signiacensis, exstat (Migne *P. L.* clxxx. 707 seqq.). Obiit Willelmus post a. 1148 (*Hist. litt. de la France* xii. 331). 13 *in his tamen* etc.: cf. Boet. *de Syll. Hypoth.* i (Migne *P. L.* lxiv. 831). 20 *Boetius*: v. *de Syll. Hypoth.* i (Migne *P. L.* lxiv. 836). 21–2 *in Analeticis*: v. *Anal. Pr.* ii. 4. 57 b 3, 4. 23 *alii*: ut Theophrastus et Eudemus; v. Boet. *de Syll. Hypoth.* i (Migne *P. L.* lxiv. 831).

fiant, in priori forma per positionem antecedentis, qui in posteriori per destructionem consequentis; queue sint figure aut modi qui constant ex compositis ypoteticis, et de propositionibus equimodis et non equimodis, et que sit natura
929 a eorum qui fiunt ex disiunctis, ostenditur. Sed forte ab Aristotile de industria relictus est hic labor, eo quod plus difficultatis quam utilitatis uidetur habere liber illius qui diligentissime scripsit. Profecto si hunc Aristotiles more suo exequeretur, uerisimile est tante difficultatis fore librum ut preter Sibillam intelligat nemo. Nec tamen hic de ypoteticis satis arbitror expeditum, supplementa uero scolarum perutilia et necessaria sunt.

Cap. 22. *De sophistica, et utilitate eius.*

Sophisticam esse dictum est, que falsa imagine tam dialecticam quam demonstratiuam emulatur, et speciem quam uirtutem sapientie magis affectat. Vnde ne cliens Aristotilis mecanice huius subplantetur insidiis, eam precedentibus
b recte subiungit. Opus quidem dignum Aristotile et quo aliud magis expedire iuuentuti non facile dixerim; iuuentus enim, etsi sapientiam ueram in omnibus plene nequeat optinere, sapientie tamen opinionem affectat et gloriam suam aliorum uult iudicio celebrari. Hoc est utique quod sophistica pollicetur; est enim apparens sapientia, non existens; unde et sophista copiosus ab apparente sapientia, sed non existente. Hec autem omnium disciplinarum emulatrix est, et sub earum specie suas omnibus tendiculas parat, incautosque subuertit. Frustra sine hac se quisquam gloria-

3 hipoteticis A 11 hipoteticis A Suplementa B

3-4 *de propositionibus equimodis et non equimodis*: v. Boet. *de Syll. Hypoth.* ii (Migne *P. L.* lxiv. 859 seqq.). 4-5 *que sit natura eorum qui fiunt ex disiunctis*: v. ibidem (Migne *P. L.* lxiv. 873 seqq.). 7 *illius*: sc. Boethii. 8-9 *more suo*: v. Boet. *de Syll. Categ.* i (Migne *P. L.* lxiv. 793). 10 *preter Sibillam*: cf. Plaut. *Pseudol.* i, 25, 26; quem tamen certe non legerat Ioannes noster. 14 *dictum est*: v. supra ii. 3. 23 *est enim* etc.: *Soph. El.* 1. 165 a 21 seqq. 24 *copiosus*: χρηματιστής Ar.; *aucupator* Boet.

bitur esse philosophum; cum nequeat cauere mendacium aut alium deprehendere mentientem. Hoc utique in unaquaque disciplina opus scientis est. Videas huius ignaros, c cum ab aliis uel a se paralogizentur, homines Nichodemianos, cum fuerint subplantati, dicentes pre stupore: Domine, quomodo possunt hec fieri? Nichil autem est quod minus deceat aut glorie aut uictorie captatorem. Sane litigiosus uictoriam, sophista gloriam querit, finisque utriusque in disceptationibus et contentionibus plurimum placet. Vnde et ad frasim conciliandam et totius philosophie inuestigationes sophistice exercitatio plurimum prodest; ita tamen ut ueritas, non uerbositas, sit huius exercitii fructus. Sic enim ueritatis et sapientie famula est; alioquin adultera, prodens amatores, quos excecatos exponit erroribus et in precipitium ducit. Ait Sapientia: Qui sophistice loquitur, d odibilis est; sed plane odibilior est qui sophistice uiuit; error enim uite quam uerbi perniciosior. Vix est tamen qui in uita non imitetur sophistam, cum hi, qui non sunt, uelint uideri boni, et hoc modis omnibus agant; et qui boni sunt, aliorum sepe querant circumuenire iudicia, ut meliores quam sint uideantur. Quod quidem est in ratione uiuendi sophistam induere; si tamen gloriam propriam simulator affectat; nam si diuinam, et quidem ex scientia, forte poterit excusari.

Cap. 23. *De Sophisticis Elenchis.*

Hanc itaque in scolam Peripateticam Aristotiles introducit et, fallaciarum nube depulsa, docet qualiter admitti 930 a debeat, aut uitari. Vires eius uniuersas exponit et instrumentum, quo illa utitur, manifestat. Sicut enim dialecticus elencho, quem nos eluctatorium dicimus sillogismum, eo quod contradictionis est, sic et ista sophistico elencho utitur, qui

5 supplantati A 12 exerciticii A 26 perhipateticam A 30 elenco CB reluctatorium A^2 31 elenco CB utitur elencho A^1

4–5 *Nichodemianos*: v. Ioann. iii. 9. 15 *Qui sophistice* etc.: Eccli. xxxvii. 23. 28 *Vires eius* etc.: v. *Soph. El.* c. 1. 30 *eluctatorium*: Hoc vocabulum, quod non exhibent Lexica, Noster (ut videtur) *elenchi* etymon praebere conjectat.

utique imaginarius est sillogismus, eo quod non contradictionis est, sed uidetur. Paralogismus enim est, id est sillogismus umbratilis. Supponit et genera disputationum, ut appareat quomodo nunc docentem ex principiis, nunc ex probabilibus colligentem, nunc ex hiis, que non uidentur, probabilia arguentem, quod est demonstratoris, dialectici, et temptatoris officium, sophista imitetur; is, inquam, qui agonizans litigiosam exercet. Adicit sophistarum metas quinque, procurantium quomodo aduersarius in redargu-
b tionem incidat, aut falsum, aut inopinabile, aut soloecismum, aut nugandi ineptias. Sufficit autem cauillatori, si vel hoc facere videatur. Subiungit his arguendi modos qui sunt in dictione; ut equiuocatio, amfibologia, compositio, divisio, accentus, figura dictionis; et item eos, qui sunt extra dictionem; ut in ea specie que est secundum accidens; et in ea qua simpliciter uel non simpliciter dicitur; et tertia, que est secundum elenchi ignorantiam; et quarta, secundum consequens; et quinta, secundum quod est in principio sumere; et sexta, quod est non causa ut causam ponere; et septima, plures interrogationes unam facere. Itaque qualiter oppo-
c nentem aut respondentem in his uersari oporteat, per singula capita diligenter exequitur et, sicut optimus campidoctor, hunc ad inferendam pugnam, illum instruit ad cautelam. Cum ergo ex his liqueat que adesse debeant, que abesse, et probabilium, que sola sufficit humana infirmitas comprehendere, patefacti sint loci, rationumque monstrate sint necessarie complexiones, docendi sint rationes et uie explanate, fallaciarum sublata sint impedimenta, luce clarius

10 aut *post* inopinabile *om.* A^1 uel non simpliciter *om.* CBA^1 14 *post* accentus *add.* et A^2 19 causam ut causam A

3 *umbratilis*: Forsan Noster quippe qui ex Sen. *Nat. Qu.* i. 11 § 3 *parhelia imagines solis in nube*, esse didicerit, *paralogismos* ait esse *syllogismos umbratiles* i. e. syllogismorum quasi in nube apparentes imagines. 3 *Supponit et genera* etc.: v. *Soph. El.* c. 2. 7 *is, inquam* etc.: v. *Soph. El.* c. 3. 12 *Subiungit* etc.: v. *Soph. El.* cc. 4–15. 20 *Itaque qualiter* etc.: v. *Soph. El.* cc. 16 seqq. 22–3 *campidoctor*: cf. supra c. 1. 24 *Cum ergo* etc.: Summatim capita totius Organi recenset.

est rationem disserendi suis esse limitibus et partibus absolutam.

Cap. 24. *De his qui Aristotilis opera carpunt.*

Satis ergo mirari non possum quid mentis habeant (si quid tamen habent) qui hec Aristotilis opera carpunt, que d utique non exponere propositum fuerat sed laudare. Magister Theodoricus, ut memini, Topica non Aristotilis sed Trecasini Drogonis irridebat; eadem tamen quandoque docuit. Quidam auditores magistri Rodberti de Meliduno librum hunc fere inutilem esse calumniantur. Alii detrahunt Cathegoriis. Vnde in commendatione eorum diutius moratus sum; reliquos, eo quod omnium iudicio commendantur, morose non censui commendandos. Elenchis tamen, sed inepte, opponitur quod uersus habent poeticos; sed constat quod idioma linguarum commode in commercium non deducitur. In eo autem michi uidentur Analeticis preferendi, quod non minus ad exercitium conferunt et faciliori intellectu eloquentiam promouent.

7 non topica A^1 7–8 trecassini A 9 Roberti BA 10 calumpniantur BA 11 categoriis A^1 comendatione C 12 comendantur C 16 analecticis A

6–7 *Magister Theodoricus* etc.: cf. supra ad i. 5, iii. 5. De hoc loco ait A. Hofmeister (*Studien über Otto von Freising* ii, *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde* xxxvii. 665) 'Die Worte "Topica non Aristotelis, sed Trecassini Drogonis irridebat" wollen besagen: Theodorich spottete über die Aristotelische Topik, die ihm eher eines "Trecassini Drogonis" würdig erscheine; nicht dass man . . . an ein wirkliches Werk einen solchen Drogo zu denken halten. Die Stelle kann als Illustration zu den bekannten Versen dienen, von dem "doctor Carnotensis, Cuius lingua vehemens truncat velut ensis".' Olim dubitavi an, si ipsius Aristotelis *Topica* vere irrisisset Theodoricus ille, miratus esset Ioannes *quid mentis habeant (si quid tamen habent) qui hec Aristotilis opera carpunt.* Nunc autem sententiae Hofmeisteri assentior; nescio tamen quare pro indocto sive rustico *Trecasinum Drogonem* ponere soleret Theodoricus. Drogonem quendam archidiaconum ecclesiae Trecassinae sive Trecensis fuisse a. 1104, 1114 testantur chartae quaedam; v. *Gall. Christ.* xii. instr. 13, 15, pp. 255, 257. 8 *Eadem tamen quandoque docuit*: v. supra ad iii. 5. 9 *magistri Rodberti de Meliduno*: v. supra ad ii. 10. 9–10 *librum hunc*: i. e. Aristotelis *Topica.* 14 *uersus habent poeticos*: v. *Soph. El.* 4. 166 a 36 seqq. 15 *quod idioma* etc.: Versus Vergilianos in locum Homericorum a Boethio *Soph. El.* c. 4 interpretante subrogatos videtur excusare.

931 a Cap. 25. *Quod Cornificius Bromio scurra deorum uilior est; et de laude logice quid Augustinus et alii philosophi.*

Cum itaque logice tanta sit uis, quisquis eam causatur ineptam, ineptissimus est. Pallas Bromium, qui eam Marsicam aut ueneficam irridebat, in nuptiis Philologie compescit et superis multa predicatione consociat. Porro, ut est in fabulis, Bromius deorum scurra contemnitur; sed Cornificius noster, logice criminator, philosophantium scurra non immerito contemnetur. Vt de Platone taceam, Aristotile, Tullio, a quo, ut maiores perhibent, philosophia inchoata est et perfecta, pater Augustinus, cui temerarium est obuiare, eam tantis effert preconiis ut uituperari non
b possit, nisi ab his quorum nulla est prudentia sed impudentia multa. Ait ergo in secundo libro de Ordine: Cum perfecta esset dispositaque gramatica, admonita est ratio querere atque attendere hanc ipsam uim que peperit artem. Nam eam diffiniendo, distribuendo, colligendo, non solum digesserat atque ordinauerat, uerum etiam ab omni falsitatis irruptione defenderat. Quando ergo transiret ad alia fabricanda, nisi ipsa sua prius quasi quedam machinamenta et instrumenta distringeret, notaret, digereret, proderetque ipsam disciplinam disciplinarum, quam dialecticam uocant? Hec docet docere, hec docet discere. In hac se ipsa ratio demonstrat atque aperit que sit, que uelit; quid ualeat scit scire sola; scientes facere non solum uult sed et potest.
c Quid ad hec Cornificius? Nempe quod cuiusque deficientis ingenii est et desidie, que ad hortamenta uirtutis stertere consueuit; quod non potest assequi criminatur.

8 contempnitur BA 10 contempnetur BA 21 sua *om.* A^1

5 *Pallas* etc.: v. Mart. Cap. iv. §§ 331 seqq. 7 *consociat*: sc. eam, i. e. Dialecticam sive Logicam. 9 *Cornificius*: v. supra ad i. 1. 15–16 *Cum perfecta* etc. usque ad *potest*: Aug. *de Ordine* ii. 13 (Migne *P. L.* xxxii. 1013). 22 *digereret*: *dirigeret* Aug.

Cap. 26. *Quo consilio utendum sit aduersus eum et proteruos calumniatores.*

Vtamur ergo aduersus eum et compigrescentes (quoniam iam habet consortes erroris) consilio quod se, post multa que per ipsam didicit, in primo contra Academicos dicit Augustinus a dialectica didicisse. Docuit me, inquit, cum de re constat, propter quam uerba dicuntur, de uerbis non debere contendi; et quisquis id faciat, si ex imperitia facit, docendum esse; si ex malitia, deserendum; si doceri non d potest, monendum, ut aliquid aliud potius agat quam tempus in superfluis operamque consumat; si non obtemperat, negligendum. De captiosis autem atque fallacibus ratiunculis breue preceptum est: si male concedendo inferuntur, ad ea, que concessa sunt, esse redeundum. Si verum falsumque in una conclusione confligunt, accipiendum inde quod intelligitur; quod explicari non potest, relinquendum. Si autem modus in aliquibus rebus latet penitus hominem, scientiam eius non esse querendam.

Cap. 27. *Quod Aristotiles in multis errauit, sed in logica eminet.*

Hec aduersus Cornificium. Ceterum contra eos qui ueterum fauore potiores Aristotilis libros excludunt, Boetio fere solo contenti, possent plurima allegari. Sed non oportet; quia palam est omnibus usque ad miseratione imperfectum illorum qui in solo Boetio tempus et rem consumpserunt, ut fere nichil sciant. Nec tamen Ari- 932 a stotilem ubique bene aut sensisse aut dixisse protestor, ut sacrosanctum sit quicquid scripsit. Nam in pluribus, opti-

2 calumpniatores A 5 achademicos A 6 inquit me B^1 11–12 optemperat A 14 redeundum esse A

5 *in primo*: potius *in tertio*. 6 *Docuit me* etc. usque ad *querendam*: Aug. *c. Acad.* iii. 13 § 29 (*P. L.* xxxii. 949). 8 *ex*: om. Aug. 9 *ex*: om. Aug. 22 *potiores . . . libros*: sc. *Analytica, Topica, Sophistico Elenchos*. 25 *imperfectum*: v. Ps. cxxxviii. 16: cf. Hilarium ad loc. (Migne *P. L.* ix. 809).

nente ratione et auctoritate fidei, conuincitur errasse. Siquidem non modo studiosum quemlibet sed et Deum ipsum praua posse committere asserit. Item prouidentiam Dei usque ad regionem lune progredi diffitetur; et, ut diuinationem tollat prenoscentiamque futurorum, asserit inferiora non regi per diuine decreta prouidentie, nec angelorum prodesse opem, aut demonum in his aut in futuris aliquam esse perspicientiam. Sunt et multi errores eius,
b qui in scripturis tam ethnicis quam fidelibus poterunt inueniri; verum in logica parem habuisse non legitur. Vnde sic accipiendus est, ut ad promouendos iuuenes ad grauioris philosophie instituta doctor sit, non morum sed disceptationum.

Cap. 28. *Quomodo sit ea utendum.*

Sed, licet ars ista ad quam multa sit utilis, qui aliorum ignarus est, non tantum huius eruditione ad philosophiam iuuatur quantum hinc sumpta uerbositate et temeritate impeditur. Fere enim inutilis est logica, si sit sola. Tunc demum eminet, cum adiunctarum uirtute splendescit. Tenere tamen etati indulgendum est amplius et, ut copiam eloquentie comparet, interim est ferenda uerbositas. Sicut
c enim corpora, sic et ingenia puerilia inprimis alenda sunt ne marcescant; et ut a plenitudine et copia alimentorum succo distendantur ad robur concipiendum, et ut caro quodam dilatationis sue vitio in hac etate luxuriet. Hoc autem et laboris exercitium et pondus sollicitudinis et diligens opera sequenti etate satis excoquet et purgabit. Procedente ergo etate et sensu, uerbositatis cohibeatur licentia, et sophistice (quam Aristotiles ditatiuam, nos cir-

9 ennicis A^1 24 suco A 29 dictatiuam A

2 *non modo studiosum* etc.: v. *Top.* iv. 5. 126 a 34, 35. 3 *Item prouidentiam* etc.: v. Chalcid. *Comm. in Plat. Tim.* § 250. 8 *perspicientiam*: *prospicientiam* Chalcid. 20 *Tenere tamen* etc.: v. Quintil. *Inst. Orat.* ii. 4 §§ 4 seqq. 29 *ditatiuam*: Forsan legere oportet *litatiuam*, pro ἐριστικήν (v. Ar. *Soph. El.* c. 11) quasi a *litibus* derivaretur, positum.

cumuentoriam uel cauillatoriam dicere possumus) improbitas conquiescat. Manet hec sollicitudo eum qui doctoris nomen et officium uendicat. Porro inutilis est opera preceptorum, si non usu et exercitio assiduo roboretur; nisi forte cum in habitum transierit dispositio.

Cap. 29. *Quod temeritas adolescentie reprimenda; et quare* d
Mercurius societur Philologie; et que sint precipue expetenda.

Non tamen ea licentia est indulgendum ginnasiorum exercitiis, que quasi iocus quidam et palestra philosophie agitantur in spe proficiendi, ut in annos maturiores aut in studia grauiora protendatur. Scurriles ineptie, insulsa loquacitas et clamosa, itemque leuitas puerilis cum prima lanugine deponenda sunt. Hec siquidem agere est philosophum diffiteri et ad male sanos accedere. Vnde, ut a fabulis instruamur, Mercurius, eloquentie presul, hortatu matris in Philologie nuptias transit ab adolescentia prima, eo quod iam pubentes gene seminudum eum incedere clamideque indutum parua, inuelatumque cetera hume- 933 a
rorum cacumen obnubere, sine magno risu Cipridis non sinebant. Cipris enim, que mixtura interpretabatur, uigens in eis qui sapientie et eloquentie mixtura condiuntur, inermis, nude, uentoseque facundie deridet ineptias. Latet autem sensum hominis, quem multa cogitantem terrena inhabitatio deprimit, trium maxime expetendorum archana prestantissimaque natura. Hec autem sunt uera bonitas, ueritas sincera, ratio incorrupta et certa. Horum tamen quasi olfaciens dulcedinem natura humana, cui Deus, sicut

9 gimnasiorum A 17 adholescentia A

1 *cauillatoriam*: v. Boet. *in Top. Cic. Comm.* i (Migne *P. L.* lxiv. 1045). 3 *Porro inutilis* etc.: cf. Quintil. *Inst. Or.* viii. prooem. § 28. 18 *iam pubentes* etc.: Mart. Cap. i. § 5. 21 *Cipris enim que mixtura interpretabatur*: Sic in *Mythogr.* III ap. Maii *Class. Auct.* t. iii. p. 250, de Venere: *A Cypro insula . . . Cypris dicitur, quae mixtura interpretatur.* 24 *sensum* etc.: v. Sap. ix. 15.

in libro filii Sirac legitur, posuit oculum supra cor, ut ostenderet magnalia operum suorum, ut laudaretur in bonitate et glorificaretur in mirabilibus suis; horum, inquam,
b dulcedinem sentiens, appetit nosse uerum, apprehendere bonum, et ei, ne dispendium patiatur, firmiter adherere. Appetitus enim hic naturaliter a Deo insitus est homini, etsi per naturam sine gratia proficere non possit. Vnde tres sorores filias Fronesis fabulosa gentium finxit antiquitas, Philologiam. Philosophiam, et Philocaliam. Genus Philosophie et Philocalie Augustinus, Philologie Martianus, sed cognationem trium indicat Esopus. Ergo quia ueram bonitatem, sapientiam, rationem, etsi polliceri sibi arroganter non audeat, affectat tamen indesinenter humana infirmitas, uersatur in amore istorum, donec, amoris exercitio per gratiam, res ipsas quas desiderat assequatur. Has qui-
c dem affectiones Fronesis parit, quia sapor, qui humane nature dulcescit, ad ueri bonique prouocat appetitum. Nam *frono* Grece dicitur sapio; quod quidem saporem appetitus potius exprimit quam sapientiam, que in divinorum contemplatione consistit. Illa enim non Fronesis, sed Sophia appellatur.

Cap. 30. *Quod Philologia alias duas precedit, et que sit predicamentalis inspectio sequenda in discussione rationis et ueritatis.*

Harum vero Philologia prima est, et que aliarum naturam, uim, et consilia indicat; siquidem cum undique probabilia multa occurrant (quia, ut ait Pitagoras, fere de omni re potest in contrarium disputari) rerum certitudinem querit

21 Idem *edd.*; quae capitulo 31 capituli 30, reliquorumque usque ad c. 41 cuique subsequentis capituli titulum attribuunt.

1 *posuit* etc.: Ecclus. xvii. 7, 8. 1–2 *ut ostenderet*: *ostendere illis* Vulg. 2–3 *ut laudaretur in bonitate*: *ut nomen sanctificationis collaudent* Vulg. 10 *Augustinus*: v. *contra Acad.* ii. 3 § 7 (Migne *P. L.* xxxii. 922). *Marcianus*: v. Mart. Cap. ii. § 114. 11 *Esopus*: Ad locum Augustini supra laudatum respicit, ubi legas *Quam totam fabulam* (sc. de Philosophia et Philocalia sororibus)—*nam subito Aesopus factus sum—Licentius tibi carmine suauius indicabit.* 20 *Illa enim* etc.: Σοφίαν et φρόνησιν vide quomodo distinxerit Cicero *de Off.* i. 43 § 153. 26 *Pitagoras*: potius *Protagoras*; v. Sen. *Ep.* 88 § 43; cf. supra iii. 10.

et diligenti cautela declinat errores ; et sicut

> uirtus est uitium fugere et sapientia prima d
> stultitia caruisse,

sic que precauet errorem has que uirtutes afferunt naturaliter antecedit. Et ut Iunonis, aut, ut rectius dixerim, Marciani uerba ponantur: An quisquam est qui Philologie se asserat peruigilia laborata, et lucubrationum perhennium nescire pallorem, que etiam deos quiescentes ad se uenire inaudita obsecratione compellit. Et paulo supra celum, terram, mare, et que in eis sunt, prima scrutatur ; que

> peruigil immodico penetrans archana labore,
> que potis est docta totum preuertere cura
> quod superis prescire datum est ; quin crebrius in nos
> ius habet illa, deos urgens in iussa coactos,
> et quod nulla queat superum temptare potestas
> inuito scit posse Ioue.

Siquidem, ut ait alius, non inferior Marciano :

> Labor improbus omnia uincit. 934 a

Liquet autem ex precedentibus ad hoc, ut sensus sit, plura concurrere ; ut sint exterius offendiculum in quem impingit spiritus minister sentiendi, idemque spiritus qui exterioris obstaculi qualitatem ad notitiam anime profert. Vt sint tria, anima que sentit, spiritus quo sentit, et offendiculum quod extrinsecus sentit. His, ut predictum est, excitatur uis deliberatiua, quam supra nominauimus rationem, suumque iudicium exercet, quod itidem ratio appellatur ; quod quidem interdum uerum, interdum probabile est. Sed ratio uera non est, nisi sit certa et firma, eo quod ratio nomen

---

2 *uirtus est uitium fugere* etc. : Hor. *Ep.* i. 1. 41, 42. 6 *An quisquam est* etc. : v. Mart. Cap. i. § 37. 9 *paulo supra* etc. : v. Mart. Cap. i. § 22. Sic legitur in fabula et in saeculo xiii° sequentibusque notissima versibus elegiacis scripta, *Pamphilus* vocatur (v. *Ovidii Erotic. et Amat. Opusc.* Francof. 1610 p. 77). Hoc (ut mihi benevolenter indicavit v. d. W. H. Stevenson) adnotavit Ricardus Jahnke ad comoediam pseudo-Ovidianam *de nuntio sagaci* (v. *Comoed. Horatian.* III. Lips. 1891 p. 28) ; cuius haec sunt verba : ' Propter commemorantis praefationem contendere non dubito hunc versiculum qui transformatus est ex Vergilii versibus (*Georg.* i. 145 et 146) sumptum esse ex Pamph. III. 1.' Codices CA in margine habent *Virgilius.* 24 *ut predictum est* : v. supra c. 16. 25 *supra* : c. 16.

firmitudinis est. Nam et ratum non dicitur, nisi quod firmum est. Vt itaque magno placuit Augustino: Ratio uera solius Dei est, et eorum quibus ipse certam notitiam firmumque iudicium de rebus habere concessit. Est autem predicamentalis inspectio et prima philosophandi uia de qualibet re proposita quid sit attendere; itemque quibus proprietatibus ab aliis differat et quomodo aliis conformetur; deinde an sit ei quid contrarium et an ipsum susceptibile sit contrariorum. Que cum innotuerunt, res familiarius assignata in notitiam transit. Vtique hunc ordinem, etsi pro uoto exprimere nequeam in tante rei inuestigatione, tamen, quia commodissimus est, placuit imitari. Nec est ubi iustius de rationis ueritatisque substantia queratur quam
c ubi uis logice discutitur, que se profitetur scientiam ueritatis, ut asserit Augustinus; et utinam assequi ualeat, quod promittit. Constat autem quia plurimum prodest, et inueniendi examinandique rationes, uiam, et copiam prestat.

Cap. 31. *Quid ratio primitiua; et de sectis philosophantium.*

Sicut autem ratio in creaturis est uis quedam spiritualis, nature rerum examinatrix, et tam corporalium quam intelligibilium assequens notitiam: ita primitiua quedam ratio est, que sua uirtute res omnes, tam corporales quam intelligibiles, comprehendit, et naturam et uim singulorum plene fideliterque, id est absque omni errore, examinat. Hanc
d siue sapientiam siue uirtutem Dei dixero et rerum omnium firmitudinem esse, proculdubio non errabo. Penes hanc omnium rerum natura, processus, finisque subsistit. Quippe

5 *post* prima *add.* fere A

2 *Augustino*: Quem ad locum Augustini in hoc capitulo respiciat, equidem adhuc nescio; v. Plat. *Tim.* 51 E. 5 *inspectio*: i. e. θεωρητική; cf. Quintil. *Inst. Orat.* ii. 18 § 1. 15 *ut asserit Augustinus*: forsan ad Aug. *de C. D.* viii. 4 respicit; ubi de *philosophia rationali* dicitur, *qua uerum disterminatur a falso*; unde in *libro de Spiritu et Anima* c. 37 qui Augustino nonnunquam attribuitur, *Ratio . . . secernit . . . uera a falsis, quod est logicae* (Migne *P. L.* x. 808).

hec est spera, quam poetico figmento Marcianus obnubilans, ex omnibus elementis dicit esse compactam, ut nichil absit quod ab aliqua natura credatur contineri. Illic celum omne, aer, freta, diuersitasque telluris, claustraque Tartarea, urbes, compita, cum actibus fortunisque suis, cunctarumque species rerum, tam in specie quam in genera numerande. Que quidem spera imago quedam uidebatur ideaque mundi. Plato autem questionem inducit, una sit idea an plures. Et profecto, si substantiam scientie aut rationis quis attendat, una est; si pluralitatem rerum, quas penes se ratio intuetur, 935 a idee sunt infinite. Hanc intuens Stoicus Pronoen, quam nos appellare possumus Prouidentiam, ueneratur, et legibus ipsius ad necessitatem omnia dicit artari. Epicurus e contra, rerum facilitatem attendens, extinguit Pronoen, et omnia a lege necessitatis absoluit. Peripateticus uero, utrimque erroris precipitium metuens, nec ad paradoxas Stoici nec ad kirriadoxas Epicuri mouetur; sed sic in Stoico pronoen asserit, ut rebus non inducat necessitatem; sic cum Epicuro a necessitate res expedit, ut prouidentie non auferat ueritatem. Res itaque partim necessarias asserit esse, partim facilitati nature, et libero arbitrio subiacere. Academicus uero fluctuat, et quid in singulis uerum sit diffinire non audet. Hec tamen secta tripharíam diuisa b est; et cautela nimia demeruerunt philosophi nomen. Habet alios qui se sola necessaria et per se nota, que scilicet nesciri non possunt, confiteantur nosse. Tertius gradus nostrorum est, qui sententiam non precipitant in his que sunt dubitabilia sapienti.

---

4 tarcarea B 11 stoycus A 15 Perhipateticus A 17 stoyci A kiriadoxas A 18 stoyco A 22 Achademicus A 26 confiteatur A

---

1 *spera* etc.: v. Mart. Cap. i. § 68. 8 *Plato*: v. *Tim.* 31 A. 11 *Pronoen* etc.: v. Cic. *de N. D.* i. 8 § 18. Cf. cum sequentibus *Policr.* vii. 1, 2 ubi v. comm. nostrum. 16 *paradoxas*: v. Cic. *Acad. Pr.* ii. 44 § 136, *de Fin.* iv. 27 § 74. 17 *kirriadoxas*: i. e. κυρίας δόξας; v. Cic. *de Fin.* ii. 7 § 20. 27–8 *que sunt dubitabilia sapienti*: cf. *Policr.* vii. 2, *Metalog.* i. prol.

Cap. 32. *Quid sit rationi contrarium; et quod multis modis dicitur ratio, et quod rationes eterne.*

Prima itaque et uera ratio est diuina, quam diximus, et que nullum omnino admittit errorem. Nichil autem est quod magis rationi uideatur adversum quam error; illa enim statuit et confirmat, hic lubricitate sua prosternit et subplantat. Et, sicut sensus nomine censetur nunc potentia,
c nunc actus sentiendi, et item tam potentia quam actus imaginandi dicitur imaginatio; ita ratio nunc uis, nunc agitatio motusque uirtutis, nunc etiam illa in quibus ratio quendam sue uirtutis motum exercet, dicuntur rationes; quales quidem sunt inherentie in consequentiis, proportiones in numeris, et eorum que absolute necessaria sunt demonstrationum principia. Has autem tam in libris de Ordine et de Libero Arbitrio et Ypognosticon quam in multis aliis asserit Augustinus immortales esse et sempiternas. Vnius, inquit, ad duo et duorum ad quattuor uerissima ratio est; nec magis fuit heri ratio illa uera quam hodie; nec magis cras aut post annum erit uera. Nec si
d omnis mundus iste concidat, poterit ista ratio non esse. Simili modo substantiam esse, si sit corpus, non esse non potest. Cetera quidem, que diuine rationis oculus contemplatur, uera quidem sunt, sed premutabilitate sua nequaquam dicuntur rationes. Ex hoc autem ueritatis rationisque consortio quibusdam philosophantibus uisum est semper esse uerum quod semel est uerum; quibus uidetur suffragari ratio, quam Augustinus inducit, ut doceat nostram et precedentium patrum eandem esse fidem; etsi nos pro parte gaudeamus impletum quod illi prestolabantur implendum;

7 supplantat A 17 quatuor CB

3 *quam diximus*: sc. supra in c. 31. 14–15 *de Ordine*: v. *de Ord.* ii. 19 § 50 (Migne *P. L.* xxxii. 1018). 15 *de Libero Arbitrio*: v. *de Lib. Arb.* ii. 8 § 21 (Migne *P. L.* xxxii. 1252). *Ypognosticon*: Forsan ad *Hypognosticon* vi. 4 § 6 respicit (Migne *P. L.* xlv. 1660). Istum librum, quem constat Augustini vere non esse citat etiam Noster infra c. 34 (203.10) et in *Hist. Pontif.* c. 13 (ed. Poole p. 32). 17 *Vnius* etc.: v. Aug. *de Ordine* loc. supra cit.

ait enim: Non est mutata fides, etsi uariata sint tempora. Et nos et illi eandem amplectimur ueritatem, sed aliis et aliis sermonibus predicamus.

Cap. 33. *Quod homo perfectam non habet rationem; et quod uerum multipliciter dicitur.* 936 a

Natura vero angelica, que noxio corpore non tardatur et diuine puritati familiarius inheret, rationis incorrupte uiget acumine. Et, licet non equaliter Deo cuncta examinet, ea tamen rationis prerogatiua ditatur, ut nullo subplantetur errore. At humana infirmitas, que tam ex conditione nature quam merito culpe multis patet erroribus, immo et capta labitur a prima et secunda puritate, degenerat in examinatione rerum, id est in exercitio rationis et, quia incertitudinis lubrico uacillat, apprehendit quod potest, et nunc ex fida rerum similitudine ueras exercet opiniones, nunc decepta uanis imaginibus falsas. Si enim res ut se b habet comprehenditur, uera opinio est; et, si sic uerbo exponitur, est uera locutio; unde nonnullis philosophorum probabiliter placuit ueritatem, unde opinio uera dicitur aut sermo uerus, quasi medium quendam habitum esse rerum que examinantur extrinsecus ad rationem. Si enim eis fideliter in examinando innititur, certa est, nec aliquo uacillat errore. Itaque locutio, que uera dicitur, a modo quem innuit modalis appellatur. Item opinio uera a modo percipiendi, et ratio uera a qualitate examinis sui. Res quoque singule uere dicuntur; ut homo uerus, verus candor, dum in his taliter percipiendis, nullius imaginis phantasmate circumuenitur opinio. Fides autem examinandi res, ut uere dicantur, conuincitur plerumque a duobus; scilicet c uel a forma substantie uel ab effectu forme. Est enim

8 cunta A 9 tamen *om.* A supplantetur A 20 quendam medium A^1

1 *ait enim* etc.: v. *Tract. in Ioann.* xlv. 10 § 9, *Enarr. in Ps.* 1 § 17 (Migne *P. L.* xxxv. 1722, xxxvi. 596). 6 *Natura uero angelica* etc.: cf. de hac re Aug *de C. D.* xi. 29, xii. 1. *noxio corpore non tardatur*: v. Verg. *Aen.* vi. 731. 18 *nonnullis philosophorum* etc.: Hanc veritatis definitionem nusquam repperi.

uerus homo, cui uera inest humanitas; id est conscia rationis et passibilitatis. Vera autem albedo est que albificat; que iustum facit, uera iustitia. Si michi non credis, uel magno Hilario, qui Gallicano coturno attollitur et a lectione simplicium procul est, aurem prebe.

Cap. 34. *Vnde dicatur uerum, et quid ueritas, et quid ei contrarium.*

Vt autem geramus morem Stoicis, qui circa uerborum analeticem uel analogiam sollicitantur, *uerum* dictum est a Greco *heron*, quod firmum et stabile seu certum et clarum
d interpretatur. Hinc *heroes* dicti sunt qui firmum et stabilem adepti sunt gradum ex consortio numinum, quibus eos fabulosa antiquitas sociauit. Hi uero hemitei *heroes* nuncupati sunt, sicut Marcianus ait, ex eo quod ueteres terram *heram* appellauerunt, et hoc quidem a certitudine stabilitatis sue. Nos autem non semideos, qui nulli sunt, sed nec heroes, ob perfidie notam, aliquos dicimus, sed translationem electorum, que sit a fluctuatione et uanitate mundana ad gloriam uere certitudinis et firme stabilitatis, uerbo significamus catholico; eos namque a confirmatione, quam adepti sunt, sanctos appellamus; siquidem *sancire*
937 a confirmare est, et *sanctus* confirmatus in uirtute uel gloria. Hoc utique est a uanitate eximi et in ueritate uersari. Proinde *uerum* hoc uerbum confirmationis nota est, stabilitatemque significat rei, cui ratio fideliter possit inniti. *Veritas* uero nomen firmitudinis et stabilitatis est. Nec moueat quod pro aspiratione Greci Latinus *V* posuit consonantem, cum Eolicum digamma ad hanc consonantem

8 stoycis A 9 analecticem A 21 sanccire A 25 rei significat A[1]

4 *Hilario*: v. *de Trin.* v. 3, 14 (Migne *P. L.* x. 131, 137). *qui Gallicano coturno attollitur* etc.: v. Hieron. *Ep.* lviii. 10 (Migne *P. L.* xxii. 585). 8 *Stoicis* etc.: cf. Aug. *Contra Cresc.* i. 12 § 15 (Migne *P. L.* xliii. 455). 14 *Marcianus*: v. Mart. Cap. ii. § 160. 16 *Nos autem* etc.: cf. Aug. *de C. D.* x. 21. 28 *Eolicum digamma* etc.: v. Prisc. *Inst. Gram.* i. 20 (Keil *Gramm. Lat.* ii. p. 15). Cf. ibid. i. 25, 46 (Keil ii. pp. 19, 35).

multas habeat affinitates. Sicut autem, ut uis sentiendi motum suum exerceat utiliter, necesse est aliquid esse cui stabiliter innitatur; sic ratio labitur, si non stabili innititur offendiculo. Nam, si lucem subtraxeris, cessat uisus; auditus nullus est, cessante sono; olfactus gustusque quiescunt ab odoris saporisque carentia; tactus inanis est, si in rem solidam non offendat. Dicitur tamen quod tunc uideantur tenebre, silentium audiatur, tangatur inane. Sed b uerius diceretur his sensibus tunc nichil sentiri. Augustinus enim et contra Manicheos et in Ipognosticon et in aliis multis libris docet non modo has sed quaslibet priuationes nichil esse. Aristotiles autem eas nonnichil esse asserit, eo quod non modo priuant, sed ad se quodammodo subiecta disponunt. Itaque tam sensus quam ratio stabile quid exposcunt, ne inanis sit opera, que certum quid non comprehendit. Nam cum agit ut teneat et cassatur eius intentio, in uanum laborat et suo fallitur errore. Vnde sicut errorem diximus rationi contrarium, sic uanitatem ueritati contrariam profitemur: nam falsum uanumque, etsi uoces diuerse sint, ad eandem quodammodo accedunt significationem. Porro uanitas et falsitas ad nichilum uergunt; quod enim falsum est, omnino nichil est, nec sub scientiam cadit. Nam, c sicut Augustinus et in Soliloquiis et contra Academicos et in plerisque aliis docet, inter omnes ueteres et etiam inter ipsos Academicos constitit scire falsa neminem posse. Siquidem, ut idem contra Academicos astruit, rerum falsa-

---

10 hipognosticon A 23 achademicos A 25 achademicos A 26 achademicos CA

---

10 *contra Manicheos*: Forsan ad *libri de Nat. Boni c. Manichaeos* cc. 15, 16 (Migne *P. L.* xlii. 556) respicit. *in Ipognosticon*: i. 4, 5 (Migne *P. L.* xlv. 1616 seqq.); cf. ad i. 32 supra. 10–11 *et in aliis multis libris*: *Conf.* xii. 3 seqq.: *Enarr. in Ps. vii* c. 19; *Op. Imperf. c. Iulianum* c. 44 (Migne *P. L.* xxxii. 327 seqq., xxxvi. 109, xlv. 1480, 1481). 12 *Aristotiles*: in *Phys.* ii. 1. 193 b 20; v. Boet. *de Divisione* (Migne *P. L.* lxiv. 883). 23 *in Soliloquiis*: v. Aug. *Solil.* ii. 11 § 20 (Migne *P. L.* xxxii. 894). *contra Academicos*: v. Aug. *c. Acad.* iii. 3 § 5, 4 § 10 (Migne *P. L.* xxxii. 936, 939). 23–4 *et in plerisque aliis*: e. g. *de Trin.* xiii. 10 § 17 (Migne *P. L.* xlii. 1070). 24 *inter omnes veteres* etc.: ex loco libri *c. Acad.* iii. 4 supra laudato.

rum, quoniam omnino non sunt, nulla potest esse scientia. Vbi autem quidam interpretes dixerunt quod terra ab initio erat inanis et uacua, alii interpretati sunt quod nichil erat nec composita. Ergo uerum uano falsoque, quoniam idem sunt, lege contrarietatis opponitur. Nec moueor si res existens rei non existenti opponatur; cum hoc palam sit in
d enuntiabilibus que contradictorie opponuntur. Nam Aristotiles docet alterum eorum esse semper, et alterum ex necessitate non esse. Nonne res existens rei non existentis est signum, ut rubor future serenitatis aut tempestatis? Siquidem

mane rubens celum notat imbres, sero serenum.

Cap. 35. *Item de ueris, et quod aliter dicuntur esse res, aliter sermones, aliter uera, et quomodo.*

Omnia uero uana, quatenus uana sunt, fallunt, et, cum falsitate deceptas mentes illuserint, uelut fantasmata euanescunt. Vnde ob hanc rerum euanescentium disparentiam omnia que sub sole sunt uana esse in concione uniuersorum
938 a qui uersantur in mundo proclamat Ecclesiastes; tanta quidem maiestate uerbi, tanta probabilitate sententie, ut ad omnes nationes et linguas uox illa pertranseat et omnium, qui aures audiendi habent, corda penetrando concutiat. Plato quoque eorum que uere sunt et eorum que non sunt sed esse uidentur, differentiam docens, intelligibilia uere esse asseruit, que nec incursionum passionumue molestiam metuunt, non potestatis iniuriam non dispendium temporis, sed semper uigore conditionis sue eadem perseuerant. Vnde et eis post essentiam primam recte competet esse; id est firmus certusque status, quem uerbum, si proprie ponitur,

3 initio A 6 opponatur] opponitur A 25 asseruit esse A¹

2 *terra* etc.: v. Gen. i. 2. 7–8 *Aristotiles*: v. *de Interpr.* 7. 17 b 26 seqq. 12 *Mane* etc. Versiculus iste unde provenerit adhuc nescio; cf. Matt. xvi. 2, 3. Margalits in *Florilegio* (p. 469) alias huiusmodi sententias duas notat, videlicet; *Nocte rubens celum cras indicat esse serenum*; et *Vespere flet crebro qui risit mane sereno.* 19 *Ecclesiastes*: i. 14. 23 *Plato*: v. Apul. *de Plat. et eius Dogm.* i. 6 § 193. 27 *sed semper uigore* etc.: v. Boet. *Inst. Arithm.* i. 1 (ed. Friedlein p. 8. 3, 4).

exprimit substantiuum ; temporalia uero uidentur quidem esse, eo quod intelligibilium pretendunt imaginem. Sed appellatione uerbi substantiui non satis digna sunt que cum tempore transeunt, ut nunquam in eodem statu permaneant, b sed ut fumus euanescant; fugiunt enim, ut idem ait in Thimeo, nec expectant appellationem. Hanc autem ueram existentiam partiebatur in tria, que rerum principia statuebat; Deum scilicet, materiam, et ideam ; siquidem hec in sui natura immutabilia sunt. Nam Deus usquequaque immutabilis est; reliqua duo quodammodo immobilia, sed in effectibus ab inuicem uariantur. Materiam quippe aduenientes forme disponunt, et quodammodo motui reddunt obnoxiam ; et item forme materiei contactu quadam ratione uariantur et, ut ait Boetius in Arismeticis, in uertibilem transeunt inconstantiam. Ideas tamen, quas post Deum primas essentias ponit, negat in seipsis materie admisceri c aut aliquem sortiri motum ; sed ex his forme prodeunt natiue, scilicet imagines exemplarium, quas natura rebus singulis concreauit. Hinc in libro de Trinitate Boetius: Ex his formis, que preter materiam sunt, ille forme uenerunt, que in materia sunt et corpus efficiunt. Bernardus quoque Carnotensis, perfectissimus inter Platonicos seculi nostri, hanc fere sententiam metro complexus est :

Non dico esse quod est, gemina quod parte coactum
materie formam continet implicitam ;
sed dico esse quod est, una quod constat earum ;
hoc uocat Idean, illud Acheus ilen.

14 arismaeticis C 17 aut] ut A^1 25 matterie A

5–6 *ut idem ait in Thimeo*: Pl. *Tim.* 49 E sec. vers. Chalcidii. 6 *Hanc autem* etc.: v. Apul. *de Plat* i. 5 § 190. 11–12 *Materiam quippe aduenientes forme disponunt*: cf. Gilb. Porr. *Comm. in Boet. de Trin.* (Migne *P. L.* lxiv. 1274). 14 *Boetius in Arismeticis*: v. Boet. *Inst. Arithm.* i. 1 (ed. Friedlein p. 8. 10, 11). 17–18 *forme prodeunt natiue*: v. Gilb. Porr. *Comm. in Boet. de Trin.* (Migne *P. L.* lxiv. 1267); cf. supra ii. 17. 20 *Ex his formis* etc.: Boet. *de Trin.* 2 (ed. Peiper p. 154. 49 seqq.). 21 *Bernardus*: v. supra ad i. 24. 27 *Acheus*: sc. Plato. *ilen*: i. e. ὕλην; quod vocabulum Platonem ipsum (quem tamen re vera eo nusquam sensu philosophico usum esse constat) auctorem habere ex Chalc. *Comm. in Tim.* §§ 123, 268 colligere potuit Bernardus.

Et, licet Stoici materiam et ideam Deo crederent coeternam; alii uero, cum Epicuro prouidentiam euacuante, ideam omd nino tollerent; iste, cum illis qui philosophantur, Deo neutram dicebat coeternam. Adquiescebat enim Patribus, qui, sicut Augustinus testis est, probant quia Deus, qui omnia fecit de nichilo, omnium creauit materiam. Ideam uero eternam esse consentiebat; admittens eternitatem prouidentie, in qua omnia semel et simul fecit, statuens apud se uniuersa que futura erant in tempore aut mansura in eternitate. Coeternitas autem esse non potest, nisi in his que se nec natura maiestatis nec priuilegio potestatis nec auctoritate operis antecedunt. Itaque solas tres personas, quarum est una natura, potestas singularis, operatio inseparabilis, fatebatur esse coequales et coeternas; nam in illis omnimoda parilitas est. Ideam uero, quia ad hanc
939 a parilitatem non consurgit, sed quodammodo natura posterior est et uelut quidam effectus, manens in archano consilii, extrinseca causa non indigens, sicut eternam audebat dicere, sic coeternam esse negabat. Vt enim ait in expositione Porphirii, duplex est opus diuine mentis, alterum quod de subiecta materia creat aut quod ei concreatur; alterum quod de se facit et continet in se, externo non egens adminiculo. Vtique celos fecit in intellectu ab initio, ad quos ibi formandos nec materiam nec formam quesiuit extrinsecam. Alibi quoque ait:

> Principium cui sola fuit diuina uoluntas,
> etas non frangit demoliturque uetustas.
> Dissoluit tempus quicquid producit adesse;
> si non ad presens, constat quandoque necesse.
> Ergo super tali qui luget conditione,
> b aut nichil aut minimum claret rationis habere.

---

1 stoyci A 6 matteriam A 31 cilaret C

---

3 *iste*: sc. Bernardus Carnotensis. 5 *Augustinus*: v. *Conf.* xii. 7, 8; *c. Adv. Leg. et Proph.* i. 8 (Migne *P. L.* xxxii. 828, 829; xlii. 609, 610). 19 *ait*: sc. Bernardus Carnotensis. 25 *ait*: sc. Bernardus Carnotensis. Hos vero versiculos, hoc Ioannis loco parum attente perlecto, frustra in Augustino quaesivit Manitius, *Sitzb. der k. Akad. der Wissensch.* (Vienn. 1890) cxxi. Abh. vii. p. 10.

Quidam tamen, licet ab eterno concedant esse uera, ea tamen negant esse eterna, dicentes nichil esse eternum, nisi quod uiuit, eo quod eternitas, teste Augustino, status est interminabilis uite. Ex his patet placuisse Platonicis cum Salomone omnia subsolana uana esse; et eas res dumtaxat esse ueras, que non ut fantasmata euanescunt, sed statu substantie certa et semper eadem sunt.

Cap. 36. *Differentia earum que uere sunt et que uidentur esse, secundum Platonicos.*

Cum uero nomen falsi opinioni, locutioni, et rei pariter applicetur, opinio, que deceptionis fallaciam patitur, falsa rectissime nominatur, siquidem ipsa est que fallitur. Locutio autem falsa est, eo quod falsam significat opinionem. Res uero falsa dicitur ab effectu, ideo quod ipsam non nisi c cassus et uanus, percipiat intellectus. Sic et in phisicis sana dicuntur esse uel egra nunc animalia, nunc signa, nunc cause. Vt autem a Platonis eminentia cum Peripateticis paululum descendamus, ea uera dicuntur esse uel falsa que, ut de significatione complexorum sermonum agatur, certo percipiuntur intellectu aut uano; hi siquidem, uelud qui philosophantur humanius, et non cum Platonicis excedunt mente sibi et Deo, sed sobrii sunt, hominibus in eo ueritatem aut falsitatem statuunt, in quo, sicut percipitur examinando et comprehendendo, fidelis est aut erroneus intellectus. Si enim rem sic esse ut est aut non esse ut non d est, comprehendit, iudicio certo et fideli usus est; sin autem uel non esse quod est uel esse quod non est opinatur, proculdubio fallitur et errat. Idem quoque est in sermonibus. Res autem, que seipsam, prout est, intellectui subicit, uera

---

6 ueras esse A[1] 17 *post* Plato(nis) *reliqua desunt* B 17–18 perhipateticis A 21 cum platonicis non A

3 *Augustino*: potius *Boetio*; v. *Cons. Phil.* v. pros. 6. 5 *Salomone*: v. Eccles. i. 14. 26 *sin autem* etc. usque ad *falsa*: minio notauit Matthaeus Parker in margine codicis C.

est; que aliter, uana et falsa. Ergo a modo percipiendi (scilicet quo percipiuntur aut percipiunt,) conuincitur ueritas aut falsitas tam opinionum quam rerum; sermonum uero a modo significandi. Vnde, quia Deum falli impossibile est, proculdubio constat quoniam quo fidelior est scientia et certior, eo minus falsa comprehendit; ea tamen falsa esse cognoscit. Quod uerum est ueritati omnia con-
940 a templanti non potest esse absconditum. Nam penes essentiam Dei primitiua ueritas, id est certitudo aut stabilitas aut claritas, est, et ab hac diriuatur quodammodo quicquid in rebus fideliter dicitur uerum esse. Siquidem illi soli omnium tam rerum quam sermonum coherentia uel discoherentia constat et certa est. Homo uero quantuscunque, affectat quidem certiorari; eo quod amor ueritatis cognatus et innatus est rationi et, ut ait Marcianus, cum Philologia illam existentem ex non existentibus ueritatem toto pectore deprecatur. Hec utique aliunde non prouenit quam si aliqua stilla diuine sapientie per gratie eliquationem seipsam infundat et mentem se querentis et amantis illustret. Ista siquidem est uirgo fontana, unde Marcianus premissam asserit manare ueritatem. Nichil enim ueraciter
b innotescit, nisi de scaturigine fontis huius; sed nec aliquod falsum inde emanat, quoniam fontana illa, quam poetici nube figmenti inuoluit, uirgo est et totius corruptionis et falsitatis ignara.

Cap. 37. *Quod aliter res, aliter opinio, aliter locutio uera uel falsa dicitur; et quare locutiones huiusmodi modales appellentur.*

Omnes autem res diuine simplicitatis oculus contemplatur, ut ei nec futura desint nec preterita elabantur. Coherentiam rerum et discoherentiam pensat, et tam de

7 *post* est *add.* et A 14 quidem *om.* A^1

15 *Marcianus*: v. Mart. Cap. ii. § 206. 20 *Marcianus*: v. Mart. Cap. ii. § 205.

his que sunt, quam de his que non sunt, certum et fidele exercet iudicium; et que ab initio uidit, quia non euanescunt, firma sunt et uera dicuntur. Hec utique sunt cogitationes Altissimi, quarum profunditatem nemo sufficit explicare. Hec uerba, que semel dicta sunt, sed processu temporis c
pro diuine dispositionis decreto in actum prodeunt. Quis mentem Dei dixerit otiosam et non ab initio omnia contemplatam? Si ergo uera, quasi quedam cogitata Dei, sunt, quis illa, nisi presumptuosus, affirmauerit euanescere? aut quis ea non semper fuisse in mente eius qui ab eterno uniuersa disposuit et sciuit, audeat profiteri? Numquid et ille nouas cogitationes concipit et noua more nostro init consilia? Et, licet hec ab eterno fuerint uera, non tamen aliquid creatori dicitur coeternum; quia, ut dictum est, ad parilitatem eius nichil omnino consurgere potest, siquidem ipsius est ut hec ipsa uera sint aut certa. Quod autem omnis res aut creator dicitur aut creatura, ad substantias d
et ad ea que substantiis insunt quocumque modo ex auctoritate Patrum uniuersitatis complexio reuocatur; nam enuntiationum significatio non contingit, urgente aliqua ratione sermonis. Qui enim si partiti sunt, respexerunt ad incomplexorum significationes. Non nichil ergo sunt uera que in mente Dei consistunt, sed nec creature sunt, eo quod ab eterno extiterunt. Nam quin quedam sempiterna sint, nulla questio est; nisi forte eo referatur illud Ecclesiastici: Qui uiuit in eternum creauit omnia simul. A quibusdam enim refertur tam ad illud opus, quod in se conspiciendo et disponendo Trinitas operata est, quam ad creationem primordialis materie, ex qua omnia creata sunt aut in ipsa creatis concreantur. Ceterum hoc est eis esse, 941 a
quod ad primitiuam rationis scientiam referri, et ita esse quasi pronuntiari stabili intentatoque iudicio. Esse ergo istorum, innotescere est; nam et humanorum uerborum

2 excercet C 14 dictum] demum A¹ 20 significata A 32 intemptatoque A

26 *Qui uiuit* etc.: Ecclus. xviii. 1.

idem dicitur pronuntiari et esse; aut memoria retineri et esse. Nam de unico Augustinus ait: Hoc est Verbum non quod desinit prolatum sed quod permanet natum. Que distinctio quodammodo uidetur inepta, nisi per prolationem subsisterent uerba. Ceterum, quoniam esse, et unum, et res multipliciter dicuntur, uiderit quisque quomodo dictionum interpretetur significationem. Habent itaque res (nature scilicet uel naturalium opera), habent cogitationes et sermones et uerba et rationes; singula, inquam, hec habent
b suum existendi modum, ut pro qualitate illius eorum que fideliter enuntiantur accipienda sit interpretatio, unde, inspecta diligenter significatione uerborum, esse uera dicantur, aut non esse non contendo, dum tamen uera non omnino nichil sint; falsa uero usquequaque non sunt, quoniam omnino nichil sunt. Sic enim et antiqui philosophi et catholici Patres diffinierunt. Porro memorari et dicere Dei, scire ipsius est; memoria namque eius aut uerbum siue ratio sapientia ipsius est. Verbum ergo, quo loquitur omnipotentia, unum est; sed uerba que loquitur, infinita. Principium, inquit, uerborum tuorum ueritas; eo quod a luce inaccessibili, quam Deus inhabitat, habet ut ei omnia innotescant.
c Hanc tamen lucem a substantia eius non arbitror alienam.

Cap. 38. *De coherentia rationis et ueritatis; et breuiter quid utrumque.*

Nunc iocundissimam rationis ueritatisque coherentiam cum omni reuerentia contemplemur, rationis et ueritatis

8–9 et *ante* sermones *om.* C 9 vera CBA

2 *de unico*: sc. Verbo; id est de Verbo Dei. *Augustinus*: Ipsa Augustini verba quae hic laudat Ioannes adhuc non repperi; v. tamen Aug. *de Gen. imp. lib.* 5 § 19; cf. *in Ioann. Tract.* xiv. 3 § 7; *Enarr. in Ps. xliv.* § 5; *Serm.* xxxviii. 5, cxix. 7, clxxxvii. 3, ccxv. 1; *de Fide et Symb.* iii. § 3; *de Trin.* ix. 7 § 12, xv. 11 § 20, 13–16 §§ 22–6 (Migne *P. L.* xxxiv. 227; xxxv. 1506; xxxvi. 497; xxxviii. 184, 185, 675, 1002, 1096; xl. 183; xlii. 967, 1072, 1073, 1075 seqq.). In marg. cod. A habet *Augustinus: Fulgentius.* Vide Fulgentium *ad Monimum* iii. 7 (Migne *P. L.* lxv. 204), *Sicut enim de mente Dei nascitur Verbum, sic intra totam permanet natum.* 19 *Principium* etc.: Ps. cxviii. 160. 20 *luce* etc.: v. 1 Tim. vi. 16.

auxilium implorantes; nam sine eo non modo apprehendi sed nec inuestigari fideliter queunt. Est ergo ratio quidam mentis oculus et, ut latius describatur, ratio est quoddam instrumentum, quo mens omnes sensus suos exercet. Proprium eius est inuestigare et apprehendere ueritatem. Huius uirtutis contrarium est imbecillitas et impotentia inuestigandi et assequendi uerum. Error autem contrarium d est illius agitationis, inuestigantis uerum, quam supra diximus rationem. Virtus hec in Deo simpliciter perfecta, in angelo perfecta pro natura, sed in homine aut omnino imperfecta est aut ut multum; si tamen sit in aliquo perfecta pro tempore aut collatione imperfectiorum. Vnde non rationem, sed appetitum rationis, quem philologia exprimit, uendicat sibi; siquidem nomina hec, *philologia*, *philosophia*, et *philocalia* philosophorum modestia temperauit. Ratio uero nequaquam contrariorum susceptibilis est; eo quod diuina ratio immutabilis substantia est, angeli uero uel hominis ratio substantia non est.

Cap. 39. *Item de eodem; et quod nec ratio nec ueritas contraria suscipit.* 942 a

Veritas autem lux mentis est et materia rationis. Hanc Deus uniuersaliter, angelus particulariter intuetur; homo autem, etiam perfectissimus, pro parte modice uidet; sed quo perfectior, eo amplius appetit. Hec est soliditas certitudinis, in qua rationis uiget examen. Tolle lucem et soliditatem, frustrabuntur uisus et tactus; sicut et in aliis sensibus, sono uel odore uel sapore subtracto. Simili modo omnis sensus rationis frustrabitur, ueritate subducta. Contrarium uero eius est uanitas seu falsitas aut inane; quod, sicut philosophia probat, in rebus nichil est. Vnde et qui-

11 sic CA 21 matteria A

2–3 *Est ergo ratio quidam mentis oculus*: cf. Claudianum Mamertum *de Statu Animae* i. 27, ed. Engelbrecht p. 98, *Visio autem intellectus est animae.* 9 *Virtus* etc.: cf. supra iii. 3, 10.

busdam placuit inane, littera mutata, dici quasi *inune*,
b scilicet quod non est unum; quod autem non est, nichil est. Est autem primeua ueritas in maiestate diuina. Alia uero est, que in diuinitatis consistit imagine, id est in imitatione. Omnis enim res tanto uerius est, quanto imaginem Dei fidelius exprimit; et quanto ab ea magis deficit, tanto falsius euanescit. Vtique sic ut homo uanitati similis factus est, et dies eius sicut umbra pretereunt. Non est autem umbra, nisi lux corporis aliquo prepediatur obstaculo; et quasdam inducit tenebras absentia lucis. Ergo, ueritatis luce sublata, erroris tenebre inualescunt, error uero fallit. Vnde et ueritatis contrarium a fallendo *falsitas* nominatur; quia qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat.
c Proprium quidem ueritatis est fouere rationem et illustrare et solidare; sicut rationis querere assequi et amplecti ueritatem. Nam et lux exterior, ut dictum est, uisum fouet; res solida roborat tactum. Porro hec in Deo unum, quia Ratio et Verbum eternum de se dicit: Ego sum ueritas; alieno enim non eget adminiculo, quia et se ratio illustrat, et ueritas seipsam inuenit. At in creaturis aliud ueritas, aliud ratio; nam ueritas imago quedam diuinitatis est, quam in rebus ratio querit et inuenit. Ratio uirtus aut mentis agitatio est, que occupatur in perspicientia ueri. Non est autem ueritas susceptiua contrariorum, ob eandem causam quam de ratione superius exposuimus.

d Cap. 40. *Ad quid Peripatheticorum et omnium recte philosophantium tendat intentio; et ⟨de⟩ octo obstaculis intelligentie.*

Si huc Peripateticorum tendit intentio, ut, omni uanitate reiecta, ueritatem rerum agnoscat et tota ratione ueritatem Dei querat, ueneretur et colat, non inutiliter laboratur. Alioquin opera perit et impensa. Sed, quia multa sunt que

17 foueat C^1 26 perhipateticorum A 27 de *addidi cum edd.* 29 perhipateticorum A

7 *Homo* etc.: Ps. clxiii. 4. 9 *lux corporis*: v. Matt. vi. 32. 18–19 *Ego sum ueritas*: v. Ioann. xiv. 6.

prepediunt intelligentiam, utpote inuincibilis ignorantia eorum que ratione expediri non possunt, sicut sunt sancte Trinitatis archana, et item fragilitas conditionis, uita breuis, utilium negligentia, occupatio inutilis, probabilium conflictus opinionum, culpa que lucem demeretur, et tandem numerositas et immensitas inuestigabilium, adeo obductum est cor humanum, ut ad ueri notitiam raro possit accedere. Sed in his octo que preposita sunt, nichil adeo pro mea 943 a opinione scientiam eorum que expediunt impedit sicut culpa, que separat inter nos et Deum et fontem precludit ueritatis, quem tamen ratio sitire non cessat. Cor meum, inquit mens suorum conscia peccatorum, dereliquit me, et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum. Siquidem, nisi ea que nouit quis ad diuinum reflectat obsequium, non cum ipso, sed potius contra ipsum, facit scientia eius; multa enim scire non prodest, si unum desit, quod est super omnia necessarium, et se ex creaturarum intelligentia manifestat. Ait sanctus Salomon: Proposui in animo meo querere et inuestigare sapienter de omnibus que fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum. Versati sunt in hac philosophi gentium, qui b iuxta Apostolum ueritatem Dei in mendacio tenuerunt et merito suo euanuerunt in cogitationibus suis. Pro eo enim quod gratias bonorum non retulerunt auctori, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Est autem curiositas inutilium superflua inquisitio, in qua non modo Peripatetici, sed fere totus occupatus est mundus. Quod uitium Lucanus notans, dum estuantis Occeani incertas causas promeret, curiosos ad certitudinem inscrutabilis secreti inuitat. Querite, inquit, quos agitat mundi labor. Dum autem mens circa multa, et non multum ad se pertinentia, amplius occu-

26 perhipatetici A

1 *inuincibilis ignorantia*: Cf. Abael. *Eth. s. Scito Teipsum, c.* 14 (*Opp.* ed. Cousin ii. 619); quo loco antiquius huius locutionis postea celebratae exemplum non invenit v.d. K. E. Kirk; v. *Ignorance, Faith and Conformity*, p. 11. 11 *Cor meum* etc.: v. Ps. xxxvii. 11. 16 *unum* etc.: v. Luc. x. 42 18 *Proposui* etc.: Eccles. i. 13. 22 *iuxta Apostolum*: v. Rom. i. 18, 21, 24. 30 *Querite*: Luc. etc. *Phars.* i. 417.

c patur, euagatur longius a se et plerumque obliuiscitur sui, quo quidem nullus error perniciosior est. Nam se nosse, sicut ait Apollo, fere summa sapientia est. Quid autem prodest homini elementorum aut elementatorum nosse naturam, magnitudinis et multitudinis proportiones doctrinaliter querere, uirtutum uitiorumque speculari conflictum, complexiones attendere rationum et de omnibus probabiliter disputare, et sui ipsius esse ignarum? Nonne stultus reputabitur qui aliena lustrat hospitia, et quo sibi in necessitate diuertendum sit obliuiscitur? Nimis utique curiosus est et sui negligens qui aliena miratur et propria non attendit. Qui uero ad usum vite conuertit extrinseca, ut eorum agnoscat et ueneretur auctorem, suum metiatur imper-
d fectum, qui uix pauca comprehendere potest, et rebus transitoriis, cum quibus et ipse transit, non nisi precario utitur et ad horam. Qui concupiscentias cohibet, reprimit aut extinguit, qui imaginem Dei uitio corruptam diligenti studio nititur reformare, qui uirtutum toto nisu colit et exercet officia, rectissime philosophatur. Sobria est illius inuestigatio, qui primo seipsum excutit, et que inferiora sunt diligenter examinat, et coequalia sine negligentia intuetur, et superiora contemplatur cum ueneratione, ut ausu temerario in ea que inscrutabilia sunt non irrumpat. Hic utique de se non superbit; uariam mundi suppellectilem, nisi quatenus necessarium aut licitum est, minime concu-
944 a piscit; proximo impendit caritatem; celestibus, qui uultui Dei semper assistunt, reuerentiam et amorem; et bonorum omnium gratiam, laudem, et gloriam refert diuine maiestati; quam utique nec plene nosse permittit inmensitas sui, et, si nos non laboraremus infirmitate qua premimur, nec plene ignorare sinunt creature; et que omnes, quasi quadam publica attestatione, Creatoris gloriam preconantur. Hinc est illud Salomonis in Prouerbiis: Non erigas oculos tuos

32 atestatione C^1

3 *Apollo*: v. Cic. *de Fin.* v. 16 § 44. 4 *elementatorum*: i. e. rerum ex elementis compositorum. 33 *Non erigas* etc.: Prov. xxiii. 5. *Non*: *Ne* Vulg.

ad opes quas habere non potes, quia facient sibi pennas ut aquile et auolabunt in celum. Vt autem ait Augustinus in libro de Ordine, Deus melius nesciendo scitur ; quem si quis ignarus naturarum et morum rationumque, cupiditatumque seruus, et rebus pereuntibus inhians, aut forte caste uiuens et disciplinarum nescius, ingenii uiribus que- b rendo et disputando inuenire confidit, proculdubio tantum errabit, quantum errari plurimum potest. Alibi quoque: Ignorantia Dei eius uerissima sapientia est ; et item : Non est parua scientia de Deo scire quid non sit Deus ; quia quid sit, omnino sciri non potest.

Cap. 41.

Cum ergo sciri quedam non possint pre eminentia dignitatis, quedam pre multitudine aut magnitudine quantitatis sue, quedam propter inconstantiam et lubricitatem sui ; cui potissimum insistendum sit, et quid maxime expediat, Ecclesiasticus docet. Altiora, inquit, te ne quesieris, et c fortiora te ne scrutatus fueris. Ecce temeritatem eorum cohibet, qui deifice Trinitatis archana, et ea quorum uisio in uita eterna promittitur, irreuerenti uerbositate discutiunt. Vnde, etsi scientia uideatur augeri, deuotio certe minuitur. In superuacuis, inquit, rebus noli scrutari multipliciter et in pluribus eius operibus non eris curiosus. Multos enim subplantauit suspicio eorum, et in uanitate detinuit sensus eorum. Hic quoque illorum audaciam reprimit, qui sollicitantur de omnibus, et uolunt de uniuersis reddere rationem, cum constet auctoritate Salomonis in Ecclesiaste quod nec minime rei, que sub celo est, nedum celestium aut supra d

12 Hoc capitulum in registris capitulorum quae habent codd. CBA, praetermissum est, neque assignatur ei titulus. 22 inquid A 23–4 supplantauit A 27 eclesiaste A

2 *auolabunt*: *uolabunt* Vulg. 3 *Deus* etc. : v. Aug. *de Ordine* ii. 16 § 44 (Migne *P. L.* xxxii. 1015). 9 *Ignorantia* etc. : v. Aug. *Serm.* cxvii. 3 § 5 (Migne *P. L.* xxxvii. 663). *Non est parua* etc. : v. Aug. *de Trin.* viii 2 § 3 ; cf. *Ep.* cxx. 3 § 13 (Migne, *P. L.* xlii. 948, xxxiii. 459). 17 *Altiora* etc. : Ecclus. iii. 22. 22 *In superuacuis* etc : Ecclus. iii. 24. 23 *Multos* etc. : Ecclus. iii. 26. 27 *Salomonis* : v. Eccles. viii. 17.

celestium, plenam possit homo reddere rationem. Porro in quibus oporteat philosophantis ingenium exerceri filius Sirac docet: Que precepit Deus, cogita illa semper, et in pluribus operibus eius non eris curiosus. Quia enim de radice sensuum, qui frequenter falluntur, scientia manat, et decepta infirmitas quid expediat parum nouit, data est per clementiam Dei lex, que utilium scientiam aperiret et indicaret de Deo quantum sciri licet aut quantum expedit querere. Illa enim diuinam potentiam in creatione, sapientiam in dispositione, bonitatem manifestat in conseruatione rerum; sed hec maxime eminent in hominis reparatione redempti. Voluntatem quoque Dei patenter exponit,
945 a utsciat quisque quid ipsum oporteat facere. Et quia tam sensus quam ratio humana frequenter errat, ad intelligentiam ueritatis primum fundamentum locauit in fide. Hinc est illud Philonis in libro Sapientie: Qui confidunt in Domino, intelligent ueritatem, et fideles in dilectione adquiescunt illi, quoniam donum et pax est electis Dei.

Cap. 42. *Quod uisibilia argumenta mundum uanitati subiectum esse conuincunt; et que causa fuerit hic finiendi librum.*

Sed hec hactenus. Iam enim flere magis uacat quam scribere; et uisibili argumento doceor quod mundus totus subiacet uanitati. Expectauimus enim pacem, et ecce turbatio et tempestas ingruens Tolosanis Anglos et Gallos

7 Dei *in cod. C igne consumptum est.* 19 *In registris capitulorum quae habent codd. CA huic capitulo adjungitur numerus* XLI; *in eo autem quod habet B, ordine alias perturbato,* XL.

3 *Que precepit* etc.: v. Ecclus. iii. 22. 16 *Philonis*: cuius, ut ait Hieronymus in praefatione in libros Salomonis (Migne *P. L.* xxviii. 1242) nonnulli scriptorum veterum librum esse affirmant qui *Sapientia Salomonis* inscribitur; cf. Aug. *Op. Imperf. c. Iulianum* iv. 123 (Migne *P. L.* xlv. 1420). *Qui confidunt* etc.: Sap. iii. 9. 22 *Iam enim* etc.: Videtur hoc capitulum in Oct. a. 1159 scriptum esse; v. R. L. Poole, *The Early Correspondence of John of Salisbury* p. 10. 23 *mundus totus* etc.: v. Eccles. iii. 19. 24 *ecce* etc.: Tolosae obsidionem, de qua cf. *Policr.* viii. 25, exeunte mense Sept. a. 1159 omissam esse non potuit ante mensem Oct. medium apud Anglos nuntiari v. Poole, loc. supra cit.

undique concitat; et reges, quos amicissimos uidimus, se b
insatiabiliter persequuntur. Ad hec mors domini Adriani
summi pontificis, cum omnes Christiane religionis populos
nationesque turbauerit, Angliam nostram, unde fuerat
5 oriundus, acerbiori dolore commouit irrigauitque lacrimis
profusioribus. Omnibus ille bonis flebilis occidit, sed nulli
flebilior quam michi. Cum enim matrem haberet et fratrem
uterinum, me quam illos artiori diligebat affectu. Fatebatur
etiam publice et secreto quia me pre omnibus mortalibus
10 diligebat. Eam de me conceperat opinionem, ut quotiens
opportunitas aderat, conscientiam suam in conspectu meo
effundere letaretur. Et cum Romanus Pontifex esset, me c
in propria mensa gaudebat habere conuiuam; et eundem
ciphum et discum sibi et michi uolebat et faciebat, me
15 renitente, esse communem. Ad preces meas illustri regi
Anglorum, Henrico secundo, concessit et dedit Hiberniam
iure hereditario possidendam, sicut littere ipsius testantur
in hodiernum diem. Nam omnes insule de iure antiquo ex

4 perturbauerit B

2 *mors domini Adriani*: quam in die 31° Aug. a. 1159 obiit. *Adriani* etc. usque ad *profusioribus*: minio notavit Matthaeus Parker in margine cod. C. 6 *Omnibus ille* etc.: v. Hor. *Carm.* i. 24. 9; quem laudat Priscianus *Inst.* vii. 18 (Keil *Gram. Lat.* ii. 302). 7 *Cum enim* etc.: De Hadriani IV matre cf. Nostri *Ep.* 134, a. 1164 ad Thomam archiepiscopum scriptam: *Dominus papa* (sc. Alexander III) *in causa hac nobis semper est aduersatus, et adhuc non cessat reprehendere quod fuit pro nobis Cantuariensis Ecclesiae amator Adrianus, cuius mater apud uos algore torquetur et inedia.* De fratre, cui nomen erat Ranulfus, v. Edw. Scott, *Athenaeum*, no. 3453, 30 Dec. 1893, p. 915. De ipsius Hadriani origine cf. R. L. Poole, *The Early Lives of Robert Pullen and Nicholas Breakspear* (*Essays presented to T. F. Tout* (Manc. 1925, pp. 64 seqq.). 9 *quia* etc. usque ad *esset*: minio notauit Matthaeus Parker in margine cod. C et locos Policratici ad Hadrianum IV respicientes retulit. 15 *Ad preces* etc.: De hoc loco et de bulla quae *Laudabiliter* incipit cf. H. W. C. Davis, *England under the Normans and Angevins*, App. vi., pp. 551, 552. 18 *Nam omnes insule* etc.: In Donatione quam Constantinus Silvestro papae fecisse fertur nihil de omnibus insulis ad Romanam ecclesiam pertinendis legimus; Urbanus autem II, papa iam in a. 1091 sic ad Daimbertum episcopum Pisanum scripserat: *Cum omnes insulae secundum statuta legalia iuris publici habeantur, constat etiam eas religiosi imperatoris Constantini liberalitate ac privilegio in beati Petri vicariorumque eius ius proprium esse collatas* (Migne *P. L.* cli. 350, 351). Vide de hac re Döllinger, *Die Papstfabeln des Mittelalters* ed. 1890, pp. 90 seqq.

donatione Constantini, qui eam fundauit et dotauit, dicuntur ad Romanam Ecclesiam pertinere. Anulum quoque per me transmisit aureum, smaragdo optimo decoratum, quo fieret inuestitura iuris in gerenda Hibernia; idemque adhuc anulus in cimiliarchio publico custodiri iussus est. Si uir-
946 a tutes eius percurrere uelim, in magni uoluminis librum hec una excrescet materia. Omnium uero mentes magis exulcerat scissura Ecclesie, que, exigentibus culpis nostris, contigit, tanto patre sublato. Expetiuit eam Sathanas, ut cribraret sicut triticum, et undique, alterius Iude proditoris ministerio, amaritudines et scandala spargit. Oriuntur bella plusquam ciuilia; sacerdotalia enim sunt et fraterna. Nunc iudicium est mundi, et timendum ne partem stellarum secum inuoluat ambitiosi ruina proditoris. Ve autem illi, per quem hoc scandalum uenit; et plane melius erat, si natus non fuisset. Publici doloris expono causas; cum tamen aliunde familiarius dolore torqueat, tum non leuiori, quod ad me spectat. Siquidem pater meus et dominus,
b immo et tuus, uenerabilis Teobaldus, Cantuariensis archiepiscopus in egritudinem incidit, ut incertum sit quid sperare, quid timere opporteat. Negotiis more solito superesse non potest; iniunxitque michi prouinciam duram, et importabile onus imposuit, omnium ecclesiasticorum sollici-

4 uiris C^2 5 iussus est custodiri A 7 matteria A

2 *Anulum* etc.: c. Sept. 30 a. 1155; v. Poole, *Early Correspondence of J. of S.* pp. 9, 13; cf. *Ep.* xlii ad Hadrianum (non, ut in edd. inscribitur, ad Alexandrum III): *Ferentini arcam* (l. *arrham*) *futurorum annulum proprium mihi contulistis et balteum.* Aperto Hadriani IV sepulcro annulum smaragdo magno decoratum in digito inventum esse testatur in ephemeride Iac. Grimaldi: v. Lanciani *Pagan and Christian Rome* p. 145. 3 *quo fieret* etc. usque ad *iuris*: minio notavit Parkerus in margine cod. C. 7–8 *exulcerat scissura ecclesie*: minio notauit Parkerus in marg. cod. C. De *scissura Ecclesiae* post Hadriani IV mortem facta cf. Nostri *Epp.* lix, nomine suo, xliv, xlviii, lxv, nomine Theobaldi archiepiscopi scriptas. 9 *Expetiuit* etc.: v. Luc. xxii. 31; cp. *Ep.* lxv. 10 *alterius Iude*: sc. Octaviani, dicti Victoris, antipapae Alexandro III a Friderico imperatore oppositi. 12 *bella plusquam ciuilia*: Lucan. *Phars.* i. 1. 13 *Nunc iudicium* etc.: v. Ioann. xii. 31. *partem stellarum*: v. Apoc. xii. 4. Ad ecclesiam Teutonicam Victorem recipientem respicit. 14 *Ve autem* etc.: v. Matt. xviii. 7, xxvi. 24. 18 *Siquidem* etc. usque ad *Teobaldus*: minio notauit Parkerus in margine cod. C. 19 *tuus* sc. Thomae cancellarii.

tudinem. Anxiatur ergo undique in me spiritus meus, et cruciatus quos patior non sufficio enarrare. Sed in his omnibus, unicum michi consilium superest, Deum hominem, intemerate Virginis Filium, exorare; qui, uelud in naui dormiens, fidelium precibus excitandus est, ut procellam componat Ecclesie naufragantis, et dominum meum, sicut sibi et nobis expedire prenouit, ab omni infirmitate mentis et corporis clementer eripiat. Is inquam, per quem reges c regnant et principes dominantur, uniuersali Ecclesie idoneum et placitum sibi pastorem preficiat, et reges et principes nostros ab omni aduersitate defendat; eosque faciat ad honorem et gloriam nominis sui gregem sibi seruare commissum. Lectorem quoque et auditorem supplicatione pia conuenio, quatinus apud Filium Virginis, qui uia, ueritas est et uita, pro me uano et misero intercedant, ut amotis ignorantie tenebris, et uanitatis amore depulso, cognitionis sue lumen infundat, faciatque me officiosum ueritatis inquisitorem, amatorem pariter et cultorem.

---

4 uelut A 6 naufragantis ecclesie A[1] 17–18 *post* inquisitorem *add.* et A 19 Metalogicon iohannis de Saresberie (Saresbirie A) liber quartus explicit CA *Sequuntur haec manu saec. xvi° suscripta quam Joannis Josselini, Matthaeo Parker archiepiscopo Cant. a secretis, suspicatur esse G. G. Butler C.C.C. apud Cantabr. socius et quondam bibliothecarius*: Hic Johannes Saerisberie erat clericus et familiaris Thome Cant. qui per missionem Angelicam electus et consecratus est in episcopum carnotensis ecclesie a° 1176. Vt in cronica Walteri coventrensis. *Vide Walterum de Coventria ed. Stubbs i. p. 268: Eodem anno magister Johannes Saresbiriensis qui erat clericus et familiaris Sancti Thomae Cantuariensis martyris, per uisionem angelicam electus et consecratus est in episcopum Carnotensis ecclesiae. Haec ex Gestis Henrici II quae Benedicti Petroburgensis nomine insigniuntur (ed. Stubbs i. 125) transcripsit ipse Walterus; notandum tamen est alteri duorum codicum qui exstant deesse verba 'per uisionem angelicam'.*

---

1 *Anxiatur* etc.: v. Ps. cxlii. 4. 4 *in naui* etc.: v. Marc. iv. 36 seqq. 8 *per quem* etc.: v. Prov. viii. 15. 14 *uia, ueritas* etc.: v. Ioann. xiv. 6.

INDEX NOMINVM PROPRIORVM

Abaelardus 92. 5; 119. 2; 123. 6; v. *Palatinus*
Abraham 18. 8
Academia 87. 10
Academicus 72. 23; 86. 14; 106. 6; 119. 19; 172. 2; 193. 5; 199. 22; 203. 23, 25, 26
Achademicus v. *Academicus*
Achaeus 205. 27
Acheron 61. 22
Achilles 76. 22
Achilleus 108. 3
Adam 81. 5; 119. 2; 134. 12; 167. 18
Adrastus 120. 23
Adrianus 217. 2
Aegyptius 63. 1
Aegyptus 171. 9
Aeolicus 202. 28
Aesopus 196. 11
Aethiops 137. 28
Africa 171. 7
Agellius v. *Gellius*
Agrimnia v. *Agrypnia*
Agrypnia 183. 20, 21
Albericus 18. 5; 78. 8, 11
Alcuinus 131. 20
Alethia 64. 19; 179. 19
Alexander 90. 12
Alexis 4. 16
Alicia v. *Alethia*
Allobrox 25. 17
Alpes 117. 12
Ambrosius 163. 29
Analectica v. *Analytica*
Analetica v. *Analytica*
Analytica 97. 12; 113. 11, 26; 138. 4; 139. 19; 165. 16, 25; 166. 8; 170. 28, 30; 187. 21, 22; 191. 16
Andegavus 101. 1
Andromache 176. 3
Anglia 117. 12, 15; 217. 4
Anglicus 167. 18
Angligena 78. 13
Anglus 78. 1; 134. 12; 216. 25; 217. 16
Ansellus v. *Anselmus*
Anselmus 18. 1
Apollo 214. 3
Apuleius 63. 4; 90. 11; 122. 24; 144. 1
Apulia 37. 26; 117. 13
Arabia 171. 9
Arabs 21. 5
Arcadia 11. 14
Arcadius 71. 16
Archadia, Archadius v. *Arcadia, Arcadius*
Arellius 75. 4
Areopagita 110. 7
Arethusa 102. 23
Ariopagita v. *Areopagita*
Arismetica v. *Arithmetica*
Aristides 113. 15, 23
Aristomenes 113. 11, 12
Aristoteles 17. 3; 24. 21, 23; 63. 4; 73. 14; 74. 4; 75. 26; 81. 7, 17; 87. 26; 88. 26; 90. 1, 11, 16, 29; 91. 18; 92. 10, 14, 15; 94. 20, 23, 26; 96. 21; 97. 14, 16, 17, 18, 26; 98. 2, 7; 100. 3; 103. 23; 106. 9; 110. 24; 111. 15, 23; 112. 16, 31; 114. 11; 115. 20, 29; 116. 3, 9; 118. 28; 122. 11; 123. 19, 28; 125. 8, 17; 127. 6; 131. 12; 133. 13, 26; 134. 2, 3; 135. 2, 12; 137. 2, 22, 25, 31; 138. 29; 140. 7, 20; 142. 17; 143. 18, 20; 144. 17, 21; 145. 23, 24; 147. 9, 19; 148. 6, 25; 149. 23; 155. 10, 11; 157. 25; 160. 23; 163. 13, 14; 167. 15, 24; 168. 18, 19; 169. 5, 6; 171. 19, 22; 172. 5; 174. 10, 27; 177. 13, 18; 178. 23; 179. 1; 186. 27; 187. 2, 10, 11, 15, 21, 22, 24; 188. 6, 8, 16, 18; 189. 26; 191. 3, 5, 7; 192. 11; 193. 19, 22, 26, 27; 194. 29; 204. 7, 8
Arithmetica 205. 15
Ascanius 118. 8
Astyanax 176. 2, 4
Augustinus 32. 10; 46. 1: 57. 6; 63. 4; 65. 22; 86. 8; 90. 12;

94. 15; 101. 22; 107. 8; 110. 12; 115. 29; 120. 15; 122. 25; 132. 3; 142. 17; 146. 22; 180. 25; 181. 6; 182. 13; 192. 12; 193. 6; 196. 10; 198. 2, 15; 200. 16, 27; 203. 9, 10, 23; 206. 5; 207. 3; 210. 2; 215. 2
Avitus 3. 22

Balaamitus 18. 8
Bathyllus 2. 7
Batillus v. *Bathyllus*
Beda 47. 27
Benedictus 13. 7
Bernardus 17. 1; 29. 17; 53. 20; 55. 11; 93. 15; 94. 22; 124. 21; 136. 23; 205. 21
Boetius 24. 24; 62. 22; 84. 1; 90. 11; 92. 14; 93. 27; 94. 19; 99. 15; 107. 16, 30; 114. 20; 116. 1; 121. 9; 127. 1, 24; 128. 9; 133. 2; 144. 1, 10; 147. 20; 152. 2; 168. 14; 187. 20; 193. 23, 25; 205. 14, 19
Bononia 79. 18
Boreas 103. 1
Brisso v. *Bryso*
Britannia 3. 7
Britones 21. 4, 12
Bromius 192. 1, 5, 8
Bryso 118. 27
Burgundio 171. 26, 27

Cadmus 120. 25
Caesar 38. 29; 50. 11, 22
Caesarcus 166. 23
Calcidius v. *Chalcidius*
Callias 113. 28; 114. 1, 6; 130. 13
Callirhoe 2. 7
Campelli 18. 10; 152. 10
Cantor v. *Crantor*
Cantuariensis 218. 19
Carnotensis 16. 8; 17. 1; 53. 20; 55. 11; 93. 15; 94. 22; 124. 21; 136. 23; 205. 22
Cassiodorus 47. 27; 181. 12
Castalius 11. 28
Catalanensis 152. 11
Categoriae 123. 18, 19; 141. 28; 154. 12; 191. 11; v. *Praedicamenta*
Cato 37. 16
Catullus 58. 13
Chalcidius 24. 21; 174. 21
Cherillus v. *Choerilus*
Choerilus 157. 7
Christianus 8. 9; 9. 8; 149. 15; 217. 3
Chrysippus 52. 9
Cicero 23. 10; 25. 16; 29. 26, 45. 28; 61. 6; 75. 9; 87. 6; 90. 11; 92. 14; 122. 24; 144. 1; 147. 16, 20; 152. 2; 155. 1; 177. 29; 185. 21, 28; 187. 2; v. *Tullius*
Cipris v. *Cypris*
Cisterciensis 20. 4
Claudianus 187. 5
Cleon 113. 28; 130. 13
Cluniacensis 20. 4, 5
Constantinus 218. 1
Conchae 16. 17; 57. 25; 80. 1
Constantiensis 57. 26
Coriscus 118. 27
Cornificianus 23. 22
Cornificius 8. 1; 9. 14; 10. 13; 15. 12, 25; 17. 11, 18; 20. 10; 51. 13; 60. 11; 90. 10; 165. 13; 192. 1, 9, 27; 193. 21
Crantor 52. 9
Crisippus v. *Chrysippus*
Cypris 195. 20, 21 v. *Venus*

Daedalus 20. 24; 57. 7
Dialectica 156. 10
Didymus 73. 8, 11
Dionysius 110. 7
Donatus 47. 26
Drogo 191. 8

Ecclesiastes 204. 19
Ecclesiasticus 209. 25, 26; 215. 17 v. *Sirac*
Egyptius v. *Aegyptius*
Egyptus v. *Aegyptus*
Elenchi 97. 12; 103. 26; 139. 20
Empedocles 159. 10
Eolicus v. *Aeolicus*
Epicurus 62. 16; 199. 13, 17, 19; 206. 2
Episcopus 57. 25; 80. 4
Eraclitus v. *Heraclitus*
Esopus v. *Aesopus*
Ethica 55. 5
Ethiops v. *Aethiops*
Eudemus 90. 12; 168. 15

Euryalus 57. 11
Eutices v. *Eutyches*
Eutyches 107. 17

Flavus 75. 3
Fronesis v. *Phronesis*

Gaius 50. 11
Galenus 13. 20; 103. 19
Galienus v. *Galenus*
Gallia 18. 1; 55. 13; 77. 32; 117. 15
Gallicanus 202. 4
Gallus 21. 4, 12; 55. 13; 216. 25
Ganymedes 3. 24
Gauslenus 95. 7, 19
Gauterus 93. 9
Gellius 158. 19
Genovefa 78. 3
Gilbertus 16. 7; 82. 7; 94. 27; 119. 1, 2
Gilebertus v. *Gilbertus*
Graece 31. 2; 196. 18
Graecus 21. 3, 10; 27. 16; 28. 14; 31. 4; 37. 25; 39. 11; 44. 14; 66. 9, 10; 95. 3; 99. 22; 140. 15, 18, 19; 157. 8; 166. 10; 177. 25; 185. 26; 202. 10, 27
Grammatica 54. 25
Gregorius 126. 21

Hardewinus 80. 10
Hebraeus 21. 11; 23. 23; 181. 11, 26; 182. 16, 17
Hector 76. 22
Hectoreus 108. 2
Helias 80. 13
Henricus (Anglorum rex I) 78. 1
Henricus (Anglorum rex II) 217. 16
Heraclitus 89. 22; 119. 7
Hercules 10. 17
Hescelinus 161. 7
Hibernia 217. 16; 218. 4
Hiberus v. *Iberus*
Hieronymus 122. 25; 130. 5
Hilarius 47. 8; 202. 4
Hippocrates 13. 19, 25; 14. 5
Hobinellus 138. 9, 11
Homerus 52. 7; 157. 7, 8
Horatius 52. 7
Hugo 19. 2; 179. 12
Hyllus 10. 16
Hypognosticon 200. 15

Ianiculum 37. 17
Iberus 171. 7
Ieronimus v. *Hieronymus*
Isidorus 28. 27; 45. 25; 47. 27; 49. 28; 63. 4; 66. 9; 124. 10; 131. 30; 132. 22; 135. 12; 151. 26
Iudas 218. 10
Iuno 197. 5
Iupiter 10. 14; 197. 16

Kalendae 37. 17

Latine 95. 13
Latinus 21. 4; 37. 25; 44. 14; 157. 9; 177. 25; 202. 27
Laudunum 18. 1
Logica 54. 27
Lucanus 55. 7; 157. 9; 213. 27
Lucilius 74. 14

Manichaeus 203. 10
Marcialis v. *Martialis*
Marcianus v. *Martianus*
Marcus 50. 9; 146. 20; 157. 3
Marius 147. 20
Maro 176. 1 v. *Vergilius*
Marsicus 192. 5, 6
Martialis 3. 23
Martianus 50. 24; 119. 8; 196. 10; 197. 5, 17; 199. 1; 202. 14; 208. 15, 20
Martius 37. 17
Mathematica 54. 30
Mavortius 120. 25
Mauritania 93. 9
Melidunum 191. 9
Melissus 89. 23; 118. 27
Meludensis 78. 12
Mercurius 7. 18, 19; 50. 24; 64. 20, 23; 77. 9; 156. 10; 195. 7, 16
Meris v. *Moeris*
Metalogicon 3. 17
Minerva 69. 20; 114. 13, 16 v. *Pallas*
Moab 13. 6
Moeris 117. 27
Mons Pessulanus 13. 15
Musae 11. 29, 30; 14. 25

Naso 147. 16
Neptunus 68. 16
Nestorius 107. 17

Nicodemianus 189. 4, 5
Nisius 75. 3
Numanus 118. 8

Oceanus 213. 29

Palatinus 17. 2; 78. 2; 92. 5; 120. 10; 136. 11; 144. 2, 5 v. *Abaelardus*
Palladius 162. 17
Pallas 192. 5 v. *Minerva*
Parisiensis 18. 5
Parmenides 63. 1
Parnassus 11. 27
Pecunia 15. 22
Periergia 183. 20, 21
Periermeniae, Periermenias 135. 4, 5, 6, 13; 137. 2; 143. 3, 4, 5; 154. 12
Peripateticus 17. 1, 2; 62. 5, 7; 63. 11; 64. 4; 78. 2; 92. 5; 115. 29; 120. 10; 134. 12; 136. 10; 144. 2, 5; 146. 18; 165. 18; 171. 21; 189. 26; 207. 17, 18; 212. 26, 29; 213. 26
Pessulanus v. *Mons Pessulanus*
Petrus 80. 13
Pexiacensis 82. 10
Philo 216. 16
Philocalia 196. 9, 10
Philologia 7. 18, 19; 50. 24; 64. 23; 77. 9, 11; 156. 10; 180. 5; 182. 29; 183. 24; 192. 6; 195. 7, 17; 196. 9, 10, 21, 24; 197. 6; 208. 15
Philosophia 196. 9, 10
Phoebus 11. 30
Phrenonphysicon 187. 6
Phronesis 64. 19; 179. 19; 180. 6; 196. 8, 16, 20
Physica 55 2
Pictavensis 94. 27
Pictavus 16. 8, 9
Pigmeus v. *Pygmaeus*
Pilatus 72. 9
Pisanus 171. 27
Pitagoras v. *Pythagoras*
Pithagoras, Pithagoreus, Pithagoricus v. *Pythagoras, Pythagoreus, Pythagoricus*
Plato 24. 9; 63. 4; 64. 25; 93. 10, 14; 94. 23, 24; 97. 15, 17; 98. 15; 100. 12, 13; 112. 6; 113. 15, 23, 24, 25; 115. 3, 24, 25; 146. 17; 147. 18; 149. 10; 176. 7; 181. 17; 183. 5; 184. 4, 15; 187. 2; 192. 10; 199. 8; 204. 23; 207. 17
Platonicus 24. 28; 110. 21; 111. 26; 116. 10; 126. 25; 205. 22; 207. 4, 9, 21
Plinius 119. 20
Poetica 54. 26
Policraticus 15. 9; 28. 6
Politia 181. 17; 184. 4
Polynices 120. 23
Porphyrius 62. 22; 90. 11, 28; 97. 13; 116. 1, 12; 120. 5, 16; 121. 12, 22, 27; 122. 10; 123. 12; 128. 8; 141. 28; 145. 24
Praedicamenta 135. 7; 143. 3 v. *Categoriae*
Praemonstratensis 20. 5
Priscianus 47. 27
Pullus 19. 5; 82. 8
Pygmaeus 76. 21
Pythagoras 63. 5; 147. 17; 196. 26
Pythagoreus 69. 19
Pythagoricus 164. 4

Quintilianus 38. 1; 48. 2; 51. 19; 53. 28; 54. 2; 63. 16; 66. 11; 73. 18; 155. 1

Radulfus 18. 2
Remensis 18. 5
Remigius 66. 7
Rethorica v. *Rhetorica*
Rhetorica (ap. Martianum Capellam) 54. 29; (Ciceronis) 49. 15; 157. 3
Ricardus 57. 25; 80. 4
Robertus (Meludensis) 78. 12; 91. 9
Robertus (Pullus) 19. 5; 82. 8
Rocelinus v. *Roscelinus*
Rodbertus v. *Robertus*
Romanus 37. 17; 117. 14; 162. 2 217. 12; 218. 2
Romulus 58. 10
Roscelinus 92. 2
Ruffus v. *Rufus*
Rufus 25. 15

Salernum 13. 15
Salomon 47. 13, 14; 207. 5; 213. 18; 214. 33

Sathanas 218. 9
Scaurus 25. 15
Scitae v. *Scythae*
Scythae 21. 5
Seneca 49. 12; 51. 12, 14; 74. 13; 75. 4; 93. 16; 94. 8; 165. 9; 182. 17
Servius 47. 26
Severitanus 140. 19
Sextus 2. 17
Sidonius 14. 15; 75. 7
Silla v. *Sulla*
Simon 18. 5; 82. 10
Sirac 196. 1; 216. 3 v. *Ecclesiasticus*
Socrates 25. 11; 63. 6; 114. 6; 147. 17; 157. 4
Socraticus 126. 25
Sollius 14. 15 v. *Sidonius*
Sophia 196. 20
Stoicus 22. 14; 62. 18; 107. 1; 146. 17; 199. 11, 17, 18; 202. 8; 206. 1
Suadela 15. 23
Suessionensis 81. 11; 95. 8
Sulla 58. 14
Symon v. *Simon*

Tartareus 199. 4
Tebe v. *Thebae*
Tegni 103. 19
Temistius v. *Themistius*
Tenredus 33. 2
Teobaldus v. *Theobaldus*
Teofrastus v. *Theophrastus*
Teutonicus 80. 10
Thais 2. 7
Thebae 120. 25
Themistius 144. 1
Theobaldus 218. 19
Theodoricus 16. 16; 80. 12; 191. 7
Theophrastus 90. 12; 168. 14
Thimeus v. *Timaeus*
Thraso 2. 7
Timaeus 183. 5; 205. 7
Timotheus 73. 18, 25
Tolosanus 216. 25
Topica (Aristotelis), 97. 12; 114. 17; 139. 5, 19; 140. 3, 6; 143. 2, 4; 150. 21; 151. 26, 29; 154. 13, 14; 164. 1, 2; 191. 7; (Boethii) 152. 2; (Ciceronis) 152. 2
Trecasinus 191. 7, 8
Tullius 49. 14; 50. 9; 146. 20; 157. 3; 192. 11 v. *Cicero*
Tusculanus 185. 28; 186. 23

Varro 58. 11
Venus 15. 24 v. *Cypris*
Vergilius 36. 4; 55. 7; 132. 26; 157. 9
Victor 19. 2
Victorinus 22. 22; 24. 9; 86. 5; 147. 20
Virgilius v. *Vergilius*
Vlgerius 100. 30

Willelmus (de Campellis) 18. 10; 152. 10
Willelmus (de Conchis) 16. 17; 57. 24; 161. 8
Willelmus (Suessionensis) 81. 11
Wintonia 138. 11

Ylus v. *Hyllus*
Ypognosticon v. *Hypognosticon*

Zeno 130. 3; 159. 9
Zephyrus 103. 2

INDEX VERBORVM

abaequare 15. 17
acyrologia 36. 4; 38. 8
aduiatio 85. 19, 20
aequicolus 148. 20
aphonia 38. 1
argumentabilis 143. 15
ars 31. 1 seqq.

cacozygia 38. 2
cirpus 79. 3
clauis 49. 9
collatio 56. 5; 57. 18; 163. 2
comprofício 105. 32
concretus 107. 23
constructorius 154. 14
conuisceratio 9. 10
copiosus 188. 24
cornicari 20. 12; 21. 29

declinatio 55. 30
defero 8. 12
diacrisis 54. 20
dictio 143. 5
dictionalis 143. 5
discretio 107. 23
dispositissimus 5. 18
distichium 37. 22
ditatiua 194. 29
duodennium 82. 12

elementatum 214. 4
eluctatorium 189. 30
examinatorium 165. 23; 172. 4, 5

gignadius 157. 12
gramma 31. 24
gymnosophistae 129. 11

hyle 205. 27

illustratio 54. 20
inferentia 152. 17
inhaerentia 85. 23
inspectio 198. 5
instructorius 143. 12, 13
intricatio 167. 24
inuincibilis 213. 2

kyrriadoxa 199. 17

laedorice 18. 10
lecton 66. 9
lexis 66. 10
localis 143. 10
logos 27. 16

maneries 95. 15 seqq.
mathesis 28. 3
methodos 28. 14
ministratorius 64. 24, 25

naturalis 129. 8
nugidicus 73. 15

obviatio 85. 9
oggarrire 104. 31

perspicientia 194. 8
Phrenonphysicus 187. 6
picturatio 54. 20
praecoquus 74. 18
praeexercitamen 56. 11; 57. 16; 66. 11
praegaudeo 43. 11
praeparatitia 136. 28; 139. 7
praeuaticinatus 14. 12

reparatiuus 71. 31, 32

scommatice 18. 9
sotularis 35. 32
stichiologus 37. 20
stichos 37. 21
symplasis 175. 25
syncategoremata 41. 8, 9

uenalicium 10. 21
uentilator 73. 15
uersifice 12. 15

yconoyfana 99. 22

INDEX AVCTORVM

saeculo post Christum sexto decimo antiquiorum, quos aut ipse in Metalogico citauit Ioannes Saresberiensis aut ad istud opus illustrandum ego adhibui.

† *indicat opus auctori falso attributum.*

ABAELARDUS (*Tract. de unitate et trinitate diuina*, ed. R. Stölzle, Freiburg, 1891; *Dialecticam*, † *Fragm. de Generibus et Speciebus*, ed. V. Cousin, *Ouvrages inédits d' Abélard*, Par. 1836; cetera ed. V. Cousin inter *Abaelardi Opera*, Par. 1849, 1859)
Dial. II, *Anal. Prior.* I: 85. 23, 142. 22, 23
Dial. II, *Anal. Prior.* II: 136. 29, 152. 17
Dial. II, *Anal. Prior.* III: 136. 29
Dial. III, *Top.*: 85. 23, 136. 29, 152. 17, 18
Dial. IV, *Anal. Post.* I: 136. 29, 144. 9
Dial. V, *Lib. Divisionum et Definitionum*: 33. 10, 92. 1, 182. 19
Ep. ad Roscelinum: 92. 1
Eth. s. Scito Teipsum c. 14: 213. 1
†*de Gen. et Spec.*: 91. 11, 92. 1, 95. 9, 15, 96. 1
Hist. Calamitatum (= *Ep.* i) c. 2: 19. 1; cc. 3, 4: 18. 4, 5; c. 9: 18. 5
Introd. ad Theol. i: 112. 1, 182. 19; ii: 112. 1
Invect. in quendam ignarum Dialectices: 17. 15
Theol. Christian. i 5: 182. 19; iii: 33. 10
de Unit. et Trin. diu.: 182. 19
ALCUINUS (Migne *Patrol. Lat.* c, ci)
de Dialectica c. 3: 131. 30
AMBROSIUS (Migne *Patrol. Lat.* xiv–xvii)
Hexaem. vi 2 § 7: 163. 29
ANGELOMUS LEXOVIENSIS (Migne *Patrol. Lat.* cxv)
Comm. in Gen.: 18. 8
ANSELMUS CANTUARIENSIS (Migne *Patrol. Lat.* clviii)
Epp. ii 35, 41, 51: 92. 1
de Fide Trinitatis: 92. 1
ANSELMUS HAVELBERGENSIS (Migne *Patrol. Lat.* clxxviii)
Dial. ii 1: 171. 26, 27
APULEIUS (*de Philosophia libros* ed. P. Thomas, Lips. 1908)
de Platone et eius Dogmate i 3 § 187: 63. 4, 84. 28; i 5 § 190: 205. 7; i 6 § 193: 204. 23
† περὶ ἑρμηνείας: 144. 1
ARISTOTELES (ed. I. Bekkerus Berol. 1831)
Anal. Prior. i 1–3: 168. 3; i 4: 187. 21, 22; i 27: 113. 26, 27; i 33: 113. 11, 12; ii 1–4: 169. 20; ii 2: 159. 3; ii 4: 81. 17; ii 24: 156. 26
Anal. Post. i: 172. 14; i 13: 173. 25, 174. 11, 178. 22, 23; i 22: 111. 23; ii 19: 173. 30, 31, 174. 10, 27, 178. 11, 12, 186. 27
Categ. c. 5: 111. 14, 15
de Interpr. c. 1: 177. 13; c. 7: 204. 7, 8; cc. 12, 13: 137. 27
Phys. A. 1: 177. 18; B. 1: 203. 12
Problem. xxx 5: 32. 10, 38. 15
Soph. El. c. 1: 65. 11, 68. 10, 188. 23, 189. 28; c. 2: 190. 3; c. 3: 190. 7; c. 4: 191. 14; cc. 4–15: 190. 12; c. 11: 194. 29; cc. 16 seqq.: 190. 20
Top. i 1: 86. 25, 26, 141. 1; i 2: 91. 17; i 4–6: 141. 15, 16; i 7: 151. 2; i 10: 141. 5; i 11: 73. 16, 75. 28, 86. 25, 26, 88. 20, 89. 20, 23, 141. 6; i 12: 141. 31, 156. 20, 21; i 15: 133. 26, 142. 1; i 18: 96. 21; ii 5: 144. 21; iv 5; 145. 25, 149. 24, 179. 1, 194. 2; iv 6: 145. 25; v. 1: 145. 1; v. 2:

87. 26; vi 2: 148. 5; vi 4: 112. 16, 148. 18; vi 6: 114. 17, 148. 25; vi 10: 149. 10; vi 11: 148. 20, 21; vi 12: 150. 4; viii 1: 156. 6, 157. 5; viii 2: 88. 13, 160. 23; viii 3: 143. 15; viii 4: 155. 23; viii 7: 157. 25; viii 8: 159. 9, 167. 1; viii 9: 159. 11; viii 10: 158. 25, 159. 6, 7, 13; viii 11: 155. 8, 10, 12, 20, 159. 3, 28, 160. 5, 6, 162. 13; viii 14: 160. 17, 162. 20, 163. 13

AUGUSTINUS (*de Civitate Dei* ed. B. Dombart, Lips. 1877; *Confessiones* ed. P. Knöll, Lips. 1898; cetera ex Migne *Patrol. Lat.* xxxii–xlvii)

contra Academicos ii 3 § 7: 196. 10; iii 3 § 5: 203. 23; iii 4 § 10: 203. 23, 24; iii 13 § 29: 193. 6

contra Adv. Leg. et Proph. i 8: 206. 5

de Ciuitate Dei iv 21: 31. 1; viii 4: 63. 4, 84. 28, 198. 15; x 21: 202. 16; xi 29; 201. 6; xii 1: 201. 6; xii 3: 8. 13; xiv 15: 176. 10, 11; xvi 11: 23. 23; xxi 4: 153. 10

Confess. xii 3: 203. 10, 11; xii 7, 8: 206. 5

contra Crescentium i 12 § 15: 202. 8

†*Dialect.* c. 1: 65. 22; c. 5: 142. 17

de Diu. Quaest. lxxxiii 46 § 2: 86. 8, 115. 26, 180. 25

Enarr. in Ps. i § 17: 201. 1; vii § 19: 203. 10, 11; x § 6: 168. 24; xliv. § 5: 210. 2; cxviii § 37: 62. 3; cxxvi § 11: 18. 8

Ep. cxx 3 § 13: 215. 9

contra Faustum xxvi 3: 153. 13. 14

de Fide et Symbolo iii 3: 210. 2

de Gen. ad Litt. i 15: 107. 8; ii 12: 108. 26; iv 3, 4, 5: 110. 7, 13

de Genesi imperf. lib. 5 § 19: 210. 2

† *Hypognosticon* i 4, 5: 203. 16; vi 4 § 6: 200. 15

in Ioann. Evang. Tract. xlv 10 § 9: 201. 1; lvii. § 2: 4. 23

de Libero Arbitrio ii 3, 4, 5: 182. 13; ii 8: 181. 6, 200. 15; ii 17: 94. 14

de Natura Boni contra Manichaeos cc. 15, 16: 203. 10

Opus Imperfectum contra Iulianum c. 44: 203. 10, 11; iv 123: 216. 16

de Ordine ii 4 § 13: 46. 2: ii 12 § 37: 57. 6; ii 13: 192. 13, 16; ii 16 § 44: 215. 3; ii 19 § 50: 200. 14, 15, 17

Serm. xxxvii 5: 210. 2; cxvii 3 § 5: 215. 9; cxix 7: 210. 2; clxxvii 3: 210. 2; ccxv 1: 210. 2

Solil. ii 11 § 20: 203. 23

† *de Spiritu et Anima* c. 37: 198. 14; c. 38: 180. 19

de Trinitate viii 2 § 3: 215. 9; ix 7 § 12: 210. 2; xii 2: 180. 25; xii 14: 184. 22; xii 15 § 25: 178. 17, 184. 22; xiii 1 § 1: 178. 17; xiv. 1 § 3: 178. 17; xv. 11 § 20: 210. 2; xv 13–16 §§ 22–26: 210. 2

BEDA (Migne *Patrol. Lat.* xc)

de Schem. et Trop. S. Scr.: 47. 27

BENEDICTUS (*Regulam* ed. E. Woelfflin, Lips. 1895)

Regul. c. 42: 56. 5; c. 65: 176. 18

BERNARDUS CLAREVALLENSIS (Migne *Patrol. Lat.* clxxxii)

Ep. 13: 18. 5; 205: 19. 5; 362: 19. 5

de Erroribus Abaelardi 4 § 10: 182. 19

Biblia Sacra

Apoc. xii 4: 218. 13; xxi 5: 12. 2

Col. iii 12, 14: 72. 4

1 Cor. iv 3: 2. 3, 4; viii 1: 51. 29; ix 26: 53. 3, 66. 19; xv 53: 149. 20

2 Cor. v. 1 seqq.: 146. 25; v. 6: 175. 17, 18; xi 14: 68. 15

Deut. iv 29: 129. 4; xxviii 50: 8. 12

Ecclesiast. i 2: 12. 28; i 13: 213.

18; i 14: 204. 19, 207. 5; iii 19: 216. 23; xii 7: 182. 3
Ecclesiastic. i 16: 185. 2; iii 22: 215. 17, 216. 3; iii 24: 215. 22; iii 26: 215. 23; iv 21: 184. 7; xvii 7, 8: 196. 1; xviii 1: 209. 26; xxxvii 23: 189. 15; xlv. 1: 18. 2
Gen. i: 108. 18; i 12: 18. 26; xxi 27: 18. 8; xlix 6: 141. 29
Heb. xi 1: 179. 8
Iac. iii 5, 6: 75. 17; iv 6: 13. 2
Ierem. xxix 13: 129. 4; xlviii 29: 13. 6
Ioann. i 3: 106. 24, 109. 2; iii 9: 189. 4, 5; iv 38: 184. 6; viii 32: 62. 1; xii 5: 136. 8; xii 31: 218. 13; xiv 6: 212. 18, 19; xiv 6: 219. 14; xv 5: 3. 12; xvi 29: 18. 5; xviii 38: 72. 9
Iob xii 25: 86. 27, 28
Isa. i 3: 18. 8
Luc. vi 40: 10. 11; x 42: 213. 17; xvi 26: 6. 14; xxii 31: 218. 9
Marc. iv 36 seqq.: 219. 4
Matt. vi 12: 212. 9; vii 6: 10. 3; vii 8: 129. 2, 3; vii 15: 13. 8; ix 16: 56. 15; xii 45: 140. 26; xvi 2, 3: 204. 12; xviii 7: 218. 14; xix 6: 7. 17; xxi 5: 19. 6; xxv 29: 53. 24; xxvi 24: 218. 14
Num. xxii: 18. 8
2 *Paralip.* i 11, 12: 61. 1
1 *Petr.* v 5: 13. 2
2 *Petr.* ii 16: 18. 8
Philipp. ii 13: 53. 12; iv 7: 184. 10, 11
Prov. iii 18: 61. 18; vi 19: 6. 13; viii 15: 219. 8; x 19: 75. 15; xv 2: 163. 6; xxiii 5: 214. 33; xxvi 4, 5: 47. 15; xxvii 17: 163. 3; xxvii 21: 165. 22, 23
Psalm x 4: 168. 24; xxxvii 11: 213. 11; lxiii 10: 52. 30; cx 10: 52. 28, 29, 185. 2; cxviii 160: 210. 19; cxlii 4: 219. 1; clxiii 4: 212. 7
Rom. i 18: 213. 22; i 20: 185. 17; i 21: 213. 22; i 24: 213. 22; viii 20: 89. 14; x 17: 70. 28; xii 1: 185. 10
Sap. iii 9: 216. 16; xi 21: 109. 17
1 *Tim.* i 6, 7: 72. 26; vi 16: 210. 19
2 *Tim.* iii 7: 72. 25

BOETHIUS (*Arithm.* ed. G. Friedlein, Lips. 1867; *Comm. in Ar. de Interpr.* ed. G. Meiser, Lips. 1877; *Consol. Philos., libros contra Eut. et Nest., de Trinitate* ed. R. Peiper, Lips. 1871; cetera in Migne *Patrol. Lat.* lxiv)
Arithm. i 1: 93. 27, 204. 27, 205. 14
in Categ. Arist. i: 90. 23, 96. 1, 131. 12, 13, 134. 2, 150. 9
Comm. I in Ar. de Interpr. i 2: 33. 20; i 3: 34. 21; ii 10: 166. 11
Comm. II in Ar. de Interpr. ii 3: 94. 22; ii 4: 143. 5; iii 9: 115. 29; iv 10: 166. 11; v 11: 92. 2, 3; v 12: 137. 27
Consol. Philos. iii 12 metr. 1–4: 61. 24; iv pros. 1: 5. 18; v pros. 6: 207. 3
de Differentiis Topicis i: 86. 11, 25, 26, 87. 2, 139. 26, 143. 10; iii: 144. 1; iv: 64. 25, 83. 26
de Diuisione: 152. 3, 4, 203. 12
contra Eutych. et Nestor. c. 1: 24. 21, 22, 23, 24, 107. 16, 17
in Porphyr. Comm. i: 62. 22, 67. 1, 90. 23; ii: 95. 9; iii: 93. 4
in Porphyr. Dialog. i: 114. 20
de Syll. Cat. i: 167. 15, 188. 8, 9; ii: 172. 16
de Syll. Hyp. i: 144. 10, 168. 14, 187. 13, 20, 23; ii: 188. 3, 4, 5
in Top. Cic. i: 20. 21, 22, 27. 9, 10, 67. 1, 144. 1, 156. 22, 23, 195. 1; iii: 92. 14, 18, 94. 19, 147. 20, 22
de Trinitate c. 1: 150. 27; c. 2: 107. 30, 205. 20; c. 4: 133. 2

BURLEY, WALTERUS (ed. H. Knust, Tübing. 1886)
de Vita et Moribus Philos. c. 49: 63. 1

Cantuariensis, Consuet. Monast. S. Augustini (ed. E. Maunde Thompson, Lond. 1902)
p. 193 : 13. 8 ; p. 362 : 13. 8
CASSIODORUS (Migne *Patrol. Lat.* lxx)
de Anima c. 2 : 181. 12
de Artibus Liberalibus, praef : 31. 1 ; c. 1 : 47. 27 ; c. 3 : 144. 1
in Psalm. xxx 11 : 54. 20 ; xc 1 : 54. 20 ; cxxv 4 : 54. 20
CATULLUS (ed. L. Mueller, Lips. 1892)
xiv 9 : 58. 13
CHALCIDIUS (ed. I. Wrobel, Lips. 1876)
Comm. in Tim. § 23 : 24. 21 ; § 123 : 205. 27 ; § 180 : 178. 17 ; § 193 : 174. 29, 30 ; § 194 : 174. 20, 21, 176. 16, 20 ; § 208 : 177. 18 ; § 230 : 181. 16 ; § 231 : 176. 7, 183. 12, 184. 3, 4 ; § 233 : 181. 16 ; § 250 : 194. 3 ; § 268 : 205. 27 ; § 300 : 181. 26 ; § 340 : 184. 15
CICERO (ed. C. F. W. Mueller, Lips. 1889–1898)
Acad. Pr. ii 44 § 136 : 199. 16
Acad. Post. i 12 § 44 : 86. 15
de Amicitia 4 § 19 : 114. 16 ; 16 § 59 : 161. 3
de Fato 5 § 10 : 25. 11
de Finibus ii 6 § 17 : 155. 1 ; ii 7 § 20 : 199. 17 ; ii 32 § 104 : 49. 12 ; iv 14 § 36 : 137. 8 ; iv 27 § 74 : 199. 16 ; v 16 § 44 : 214. 3
de Inuentione i 24 § 34 : 23. 30 ; i 29 : 86. 5 ; i 31 § 51 : 84. 10 ; i 31 § 53 : 157. 3
de Natura Deorum i 8 § 18 : 199. 11
de Officiis i 5 §§ 15–17 : 61. 6, 177. 29 ; i 10 § 32 : 68. 16 ; i 41 § 148 : 45. 28 ; i 43 § 153 : 178. 17, 196. 20 ; iii 4 § 20 : 87. 9
de Oratore i 4 § 15 : 21. 6 ; i 5 § 18 : 178. 5 ; i 6 § 21 : 22. 6 ; i 32 § 147 : 162. 8 ; ii 38 § 157 : 60. 32 ; ii 74 § 249 : 49. 12 ; ii 87 § 357 : 175. 26 ; iii 38 § 155 : 40. 13, 14
Orat. 32 §§ 113 seqq. ; 155. 1
Paradox. praef. § 3 : 23. 11
† *Rhet. ad Herennium* iii 16 seqq. : 49. 14, 15 ; iii 22 § 36 : 32. 25 ; iv 3 § 4 : 75. 9
de Senectute 23 § 85 : 185. 22
Top. 2 § 6 : 67. 1 ; 5–7 : 147. 20 ; 7 § 31 : 92. 14, 16, 99. 22
Tusc. Disp. i 24 § 57 : 99. 22, 185. 26 ; i 27 §§ 66, 67 : 186. 2 ; i 28 § 70 : 186. 13 ; i 29 § 71 : 186. 17 ; ii 2 § 5 : 87. 6
CLAUDIANUS MAMERTUS (ed. A. Engelbrecht in *Corp. Script. Eccles. Lat.* t. xi, Vindob. 1885)
de Statu Animae i 27 : 211. 2, 3
Cluniacensis Congregationis Statuta (L. Holsten. *Cod. Regularum Monasticarum et Canonicarum*, Aug. Vindel. 1759 t. ii pp. 176 seqq.)
c. 17 : 13. 8
Corpus Iuris Ciuilis (*Cod.*, *Inst.* ed. P. Krueger, *Dig.* ed. T. Mommsen, Berol. 1872–77)
Cod. viii 50 § 19 : 17. 9
Dig. i 2 § 1 : 139. 9 ; i 3 § 37 : 42. 6 ; xlix 15 § 5 : 17. 9 ; l 17 § 19 : 162. 18
Instit. i 12 § 5 : 17. 9

DIONYSIUS AREOPAGITA (pseudo) (Migne *Patrol. Graec.* ii)
de Divinis Nominibus 4 § 4 : 110. 7
DONATUS (*Art. Grammatic.* ed. M. Keil in *Gramm. Lat.* t. iv, Lips. 1864 ; *Comm in Terentium* ed. P. Wessner, Lips. 1902 ; *Vit. Vergilii* ed. I. Brummer, Lips. 1912)
Art. Gramm. ii 18 : 44. 14 ; ii 19 : 44. 16, 18 ; iii 4 : 44. 28 ; iii 5, 6 : 47. 26
Comm. in Ter. Andr. i 1. 4 : 31. 1
Vita Vergilii interpolata (ed. Brummer pp. 30 seqq.) : 8. 1

FULCO prior de Diogillo (in *Opp. Abaelardi* ed. Cousin t. i, p. 703)
Ep. ad Abaelardum : 78. 2

FULGENTIUS (Migne *Patrol. Lat.* lxv)
ad Monimum iii 7: 210. 2

GALFRIDUS MONUMETENSIS (ed. J. A. Giles, Lond. 1844, et San-Marte, Halle, 1854)
Hist. Britonum viii 3: 78. 1

GELLIUS (ed. C. Hosius, Lips. 1903)
Noct. Att. i 9: 69. 19; i 10 § 4: 38. 18, 29; xiii 25 § 21: 70. 28; xvi 2 § 1: 158. 19

GERVASIUS CANTUARIENSIS (ed. W. Stubbs, Lond. 1879)
Prolog. in Cronicam: 77. 32

GILBERTUS PORRETANUS (*in Boet. de Trin.*, Migne *Patrol. Lat.* lxiv, *de Sex Principiis*, Migne *P. L.* clxxviii)
Comm. in Boet. lib. de Trin.: 16. 7, 205. 11, 12, 13, 17, 18
de Sex Principiis: 16. 7

GREGORIUS NYSSENUS (Migne *Patrol. Graec.* xlvi)
de Anima et Resurrectione: 175. 25

HIERONYMUS (Migne *Patrol. Lat.* xxii-xxviii)
in Dan. i 2: 130. 5
in Eccles. iii 18: 51. 16
Epp. l § 1: 115. 12, 13, 72. 17; liii § 2: 137. 10, 11; lvii § 6: 159. 19, 20; lviii § 10: 202. 4; lxxxii § 1: 9. 27; cxxv § 11: 57. 22
in Salomonis libros praef.: 216. 16

HILARIUS (Migne *Patrol. Lat.* x)
de Trinitate v. 3, 14: 202. 4

HIPPOCRATES (ed. E. Littré, Par. 1839-61)
Aphorism. ii 16: 13. 25

HORATIUS (ed. F. Vollener, Lips. 1912)
Art. Poet. 16: 56. 15; 70–72: 42. 3, 137. 24, 138. 25; 102, 103: 43. 9; 104, 105: 43. 12; 108–111: 43. 3; 333, 334: 75. 12; 343: 75. 12; 357: 157. 7; 408–411: 25. 24, 108. 17; 417: 69. 11, 14
Carm. i 24. 9: 217. 7
Epist. i 1. 41–2: 197. 2; i 1. 65, 66: 15. 14; i 2. 1–4: 52. 7; i 2. 69–70: 73. 26; i 3. 18–20: 54. 15; i 4. 8–11: 22. 29, i 4. 16: 9. 12; i 6. 34: 15. 16; i 6. 37, 38: 15. 22; i 18. 15: 75. 22, 89. 17; i 19. 11: 3. 25; i 19. 43: 10. 14
Sat 1 1. 25, 26: 134. 29

Hugonis Abbatis Marchianentis Vita (Martène & Durand, *Anecd.* iii pp 1710 seqq.)
Prolog. 18. 5, 78. 8

HUGO DE S. VICTORE (Migne *Patrol. Lat.* clxxvi)
in Eccles. Hom. ii: 24. 19
Erud. Didasc. i 11: 24. 19; i 12: 27. 15; iii 2: 63. 1; iii 8: 28. 27; iii 15: 63. 1; vi 14: 64. 12
de Sacramentis i 10 c. 1: 179. 12
de Sacr. Legis Nat. et Script.: 179. 12
Summ. Sententiarum i: 179. 12

IOANNES SARESBERIENSIS (*Policraticum* ed. C. C. I. Webb, Oxon. 1909; *Hist. Pontif.* ed. R. L. Poole, Oxon. 1927; cetera in Migne, *Patrol. Lat.* cxcix)
Enthet. 29 seqq.: 81. 5; 55 seqq.: 78 12
Epp. 1–123: 3. 6; 42: 218. 2; 44: 218. 7, 8; 48: 218. 7, 8; 59: 218. 7, 8; 65: 218. 7, 8, 9; 134: 217. 8; 143: 78. 8; 168: 80. 13; 175: 78. 12; 178: 78. 12; 183: 78. 12; 251: 18. 9
Hist. Pontif. cc. 8 seqq.: 16. 7, 18. 1, 5, 78 12; c. 13: 135. 9, 177. 13, 184. 15; c. 14: 47. 8; c. 35: 95. 7
Policr. i prol.: 8. 1; i 4 seqq.: 1. 23, 3. 23; i 5: 6. 20; i 8: 157. 12; ii 12: 14. 9; ii 19: 28. 3; ii 22: 17. 1, 78. 1; ii 29: 14. 5, 6, 15; v 10: 14. 3, 5, 6; v 12: 164. 4; vi 18: 78. 1; vi 24: 37. 26; vii 1, 2: 4. 10, 106. 6, 199. 11, 27, 28; vii 5: 84. 28; vii 10: 57. 22; vii 12: 92. 1, 2; vii 13: 17. 1, 3; vii 19: 37. 26; vii 25: 18. 9; viii 7: 9. 10; viii 10: 38. 29;

viii 13: 51. 19; viii 25: 216. 24
Ioannes Scotus (Migne *Patrol. Lat.* cxxii)
Versio Dion. Arcop. de Diu. Nom.: 110. 7
Iocelinus de Brakelonda (T. Arnold *Memorials of St. Edmund's Abbey*, Lond. 1890)
Chron. c. 25: 169. 22
Isidorus (*Etymolog.* ed. W M. Lindsay, Oxon. 1911; *Diff.* in Migne *Patrol. Lat.* lxxxiii)
Diff. ii 29: 175. 10; ii 147: 184. 22
Etymol. i 1 § 2: 31. 1; i. 3 § 1: 58. 11; i. 5 § 1: 31. 15, 16, 24, 44. 2; i 5 § 2: 31. 1; i 19, 20: 48. 17; i 27: 44. 6; i 32 § 2: 44. 14; i 33 § 1: 44. 16; i 33 § 4: 44. 18; i 34 § 4: 36. 4; i 35 § 1: 44. 28; i 35 § 7: 45. 4, 25; i 37: 46. 18; ii 21: 47. 27; ii 22: 66. 9; ii 24: 63. 4; ii 24 § 14: 108. 12; ii 26 § 11: 131. 30; ii 26 § 14: 132. 22; ii 27 § 1: 135. 12; ii 29: 147. 20; ii 29 § 16: 151. 26; x § 122: 28. 27; x § 240: 184. 21; xvi 13 § 2: 153. 10; xvii 9 § 97: 79. 3
Ivo Carnotensis (Migne *Patrol. Lat.* clxii)
Ep. vii: 92. 1
Iuvenalis (ed. C. F. Hermann, Lips. 1894)
Sat. ii 83: 11. 19; vi 63: 2. 7; vii 213, 214: 25. 15; vii 157: 71. 18; vii 158–160: 71. 12; vii 231, 232: 79. 26

Lucanus (ed. C. Hosius, Lips. 1913)
Phars. i 1: 218. 12; i 417: 213. 30; ii 439 seqq.: 166. 23

Macrobius (ed. F. Eyssenhardt, Lips. 1893)
Saturn. vii 3 §§ 2–6: 18. 9
de Somno Scipionis i 5 § 7: 31. 24; i 12. 18: 12. 5; i 14: 182. 19
Martialis (ed. W. Heraeus, Lips. 1925)
Epigr. i 16: 3. 21; iv 14. 1: 11. 28; viii 17: 2. 16; xii 3. 13: 11. 28; xiv 105: 64. 24, 25
Martianus Capella (ed. F. Eyssenhardt, Lips. 1866)
de Nupt. Philologiae et Mercurii: 7. 18; i § 5: 195. 18; i 22: 197. 9; i § 37: 197. 6; i § 68: 199. 1; ii § 111 seqq.; 183. 19, 20; ii § 114: 64. 20, 180. 5, 196. 10; ii § 136: 77. 11; ii § 160: 202. 14; ii § 205: 208. 20; ii § 206: 208. 15; iii § 223: 50. 24; iii § 229: 58. 10, 13; iv § 328: 156. 10; iv § 330: 63. 1; iv §§ 331 seqq.: 192. 5; v § 524: 54. 20
Menko (*Mon. Germ. Hist.* Script. xxiii pp. 523 seqq.)
Chronic.: 80. 13
Metamorphosis Goliae (T. Wright *Latin Poems attrib. to W. Mapes*, Lond. 1841; R. L. Poole in *E. H. R.* xxxv p. 337) 198: 80. 13
Mythograph. III (A. Mai, Class. Auct. e Vat. Cod. ed., t. iii, Rom. 1831)
Mythogr. 3^{us} xi § 1: 195. 21

Neckam, Alexander (ed. T. Wright, Lond. 1863)
de Naturis Rerum i 78: 136. 23

Oseneiensis Scriptor (Luard *Ann. Monast.* iv, Lond. 1869)
Annal. de Oseneia s. a. 1133: 19. 5
Otto Frisingensis (ed. G. Waitz 3^{a}, Hann. et Lips. 1912)
Gest. Friderici i 48 seqq.: 16. 7, 94. 27; i 49: 92. 1; i 51: 81. 5; i 52: 95. 7
Ovidius (edd. R. Ehwald, R. Merkel, Lips. 1887–1897: *Metam.* 1925)
Amor. i 15. 36: 11. 28
Art. Amor. ii 537: 150. 16, 17; ii 647: 115. 13
Fast. ii 771, 772: 175. 27
Her. ix: 10. 16

Metamorph. ii 721 : 161. 6, 7 ; ii 749 : 69. 19, 20, 91. 13 ; ii 755 : 69. 19, 20 ; ix : 10. 16
Pont. iii 4. 74 : 1. 3

PALLADIUS (ed. J. C. Schmitt, Lips. 1898)
Agric. i 1 : 162. 17
PERSIUS (ed. C. F. Hermann, Lips. 1897)
Sat. prol. 1 seqq. : 11. 27, 28 ; prol. 10 : 15. 4 ; i 80 : 12. 17 ; i 96, 97 : 167. 25 ; i 105 : 75. 17 ; i 115 : 17. 19 ; i 134 : 2. 7 ; iii 9 : 11. 14 ; iii 60, 61 : 53. 4 ; iv 23, 24 : i 9 ; v 12 : 20. 11 ; v 123 : 2. 7
PETRONIUS (ed. F. Buecheler, Berol. 1882)
Sat. § 29 : 10. 21 ; § 76 : 10. 21
PETRUS VENERABILIS (Migne *Patrol. Lat.* clxxxix)
Ep. de transl. Alcorani : 171. 7
PLATO (ed. C. F. Hermann, Lips. 1893)
Rep. vi 509 seqq. : 176. 9 ; vi 533 D seqq. : 184. 3, 4
Tim. 29 E : 109. 5 ; 31 A : 199. 8 ; 35 A : 182. 19 ; 44 A : 180. 14 ; 44 C : 183. 5 ; 49 E : 205. 5, 6 ; 51 E : 180. 11, 184. 15, 198. 1
PLAUTUS (ed. G. Goetz et F. Schoell, Lips. 1909 ; *Aululariam sive Querolum* ed. R. Peiper, Lips. 1875)
Pseudol. i 25, 26 : 188. 10
† *Querolus* ii 3 : 12. 17
PLINIUS (ed. C. Mayhoff, Lips. 1892–97)
Hist. Nat. xx § 2 : 153. 10 ; xxxvii §§ 59, 60 : 153. 10
PORPHYRIUS (ed. A. Busse in *Comm. in Aristotelem Graec.* vol. iv part. 1, Berol. 1887)
Isag. : 145. 24
PRISCIANUS (Keil *Gramm. Lat.* ii, iii)
de Figuris Numerorum, praef. : 56. 11
Inst. i 3 § 10 : 38. 19 ; i 20 : 202. 28 ; i 25 : 202. 28 ; i 48 : 202. 28 ; ii 4 : 145. 5 ; ii 15 : 41. 8, 9 ; vii 18 : 217. 6 ; viii 1 § 4 : 38. 1 ; xii 3 : 105. 20 ; xii 4 : 104. 12 ; xvii § 44 : 112. 2 ; xvii § 166 seqq. : 47. 27
PUBLILIUS SYRUS (ed. G. Meyer, Lips. 1880)
Sent. D. 1 : 143. 11

QUINTILIANUS (ed. E. Bonnell, Lips. 1884–89)
Inst. Orat. i 3 §§ 3–5 : 74. 17 ; i 3 § 18 : 59. 5, 6 ; i 4 § 1 : 59. 5, 6 ; i 4 § 5 : 59. 2 ; i 5 §§ 1–54 : 47. 22 ; i 5 § 2 : 66. 11 ; i 5 § 7 : 48. 2 ; i 6 § 41 : 46. 28 ; i 7 § 34 : 50. 9 ; i 7 § 35 : 52. 13, 14 ; i 8 § 2 : 50. 22 ; i 8 § 12 : 50. 15 ; i 8 § 13 : 54. 2 ; i 8 § 20 : 73. 8 ; ii 3 §§ 3, 4 : 73. 18 ; ii 4 §§ 4 seqq. : 194. 20 ; ii 5 § 4 : 53. 28 ; ii 18 § 1 : 198. 5 ; iii 1 § 1 : 155. 2 ; vi 1 § 36 : 76. 20 ; vi 2 § 3 : 162. 22 ; vi 2 § 32 ; 54. 20 ; viii prooem. § 28 : 195. 3 ; viii 1 : 167. 3 ; viii 3 §§ 56 seqq. : 38. 2 ; viii 6 §§ 5, 6 ; 40. 13, 14 ; viii 6 § 71 : 76. 22 ; viii 6 § 73 : 38. 2 ; ix 1 § 17 : 66. 11 ; x 1 §§ 125 seqq. : 51. 19 ; x 1 §§ 47–107 : 63. 16 ; x 1 § 83 : 63. 16 ; x 7 §§ 12, 13 : 3. 1 ; xii 2 §§ 12, 13 : 155. 1

RAGEWINUS (ed. G. Waitz 3ª, Hann. et Lips. 1912)
Gesta Friderici Imp. iii 47 : 10. 18
REMIGIUS AUTISSIODORENSIS (ed. W. Fox, Lips 1902)
in Art. Donati min. c. 5 : 66. 7
ROSCELINUS (in Abaelardi *Opp.* ed. V. Cousin, t. ii, Par. 1859, et in Migne *Patrol. Lat.* clxxviii)
Ep. ad Abaelardum : 92. 1

Salernitanum Regimen Sanitatis (ed. A. Croke, Oxon. 1830 ; S. de Renzi in Collect. Salern. t. v. Neap. 1859 ; C. Daremberg et C. M. Saint-Marc, Par. 1880
x. 27 : 14. 5, 6 ; x. 34 : 14. 3

SENECA (pater) (ed. A. Kiessling, Lips. 1872)
Controv. i prol. § 1 : 165. 9; prol. § 21 : 74. 13; i 1 § 22 : 75. 3; vii praef. § 5 : 157. 12; ix 1 § 13 : 160. 18
SENECA (filius) (ed. F. Haase, Lips. 1897–8)
Ep. 49 § 6 : 60. 28; 58 § 19 : 93. 16; 58 § 23 : 94. 8; 65 : 107. 1; 66 § 12 : 182. 17; 82 § 24 : 74. 14, 15; 88 §§ 1, 2 : 51. 27; 88 § 3 : 52. 2; 88 § 5 : 52. 7; 88 §§ 26 seqq. : 130. 12; 88 § 43 : 164. 4, 196. 26; 89 § 9 : 84. 28
Nat. Quaest. i 11 § 3 : 190. 3
SERVIUS (*Comm. in Donatum* ed. H. Keil, *Gramm. Lat.* iv, pp. 403 seqq.; *Comm. in Vergilium* ed. G. Thilo et H. Hagen, Lips. 1878)
Comm. in Donatum sub fin. : 47. 26
Comm. in Vergilii Aen. v. 287 : 36. 4; vi 14 : 20. 24
SIDONIUS APOLLINARIS (ed. P. Mohr, Lips. 1895)
Ep. ii 12 § 3 : 14. 15; vii 9 § 5 : 75. 7
STATIUS (ed. A. Klotz, Lips. 1908)
Theb. xii 817 : 90. 16
SUETONIUS (ed. C. L. Roth, Lips. 1894)
Calig. c. 41 : 15. 16; c. 53 : 51. 23

TERENTIUS (ed. A. Fleckeisen, Lips. 1898)
Andr. i 1. 17, 18 : 41. 16; i 1. 35 seqq. : 1. 13; i 1. 39 : 1. 15, 72. 3; i 1. 99 : 17. 17; i 2. 33 : 41. 15
Eunuch. ; v. 3. 4 : 161. 7
Hautontimor. v. 1. 4 : 71. 7
Phorm. ii 4. 14 : 96. 7
TERTULLIANUS (Migne *Patrol. Lat.* iii)
adv. Gnosticos c. 7 : 165. 23
TEULFUS (*La Chronique de Morigny* ed. L. Mirot, Par. 1912)
Chron. Mauriniac. iii § 4 : 82. 10
THEOBALDUS STAMPENSIS (in J. L. D'Achery, *Spicileg.*, ed. Paris 1923, t. iii, pp. 445 seqq.)
Ep. ad Roscelinum : 92. 1
THEODULUS (ed. J. Ostermacher *Ripariae prope Lentiam* 1902)
Eclog. v. 78 : 3. 23; v. 335 : 64. 19, 179. 19
THOMAS AQUINAS (ed. Rom. 1886)
Summ. Theol. II ii qu. 5 art. 1 ad 1^{am} : 19. 1

VALERIUS MAXIMUS (ed. C. Kempf, Lips. 1888)
ix 4 : 16. 1
VEGETIUS (ed. C. Lang, Lips. 1885)
de Re Militari : 154. 1, 2; i 4, 11, 12 : 162. 1
VERGILIUS (ed. G. Ianell, Lips. 1920)
Aen. i 73 : 132. 27; i 150 : 6. 14; iii 444 seqq. : 9. 23; iii 489–491 : 176. 4; vi 74 seq. : 9. 23; vi 726 : 83. 19; vi 731 : 83. 19, 201. 6
Ecl. ii 73 : 4. 17
Georg. i 145 : 21. 6; iii 490–2 : 61. 20
VICTORINUS (in Ciceronis *Opp.*, ed. J. C. Orellius, Turin 1826–37, t. v)
In lib. I de Invent. : 22. 22, 23. 30, 24. 9, 19, 86. 5
de Definitione : 147. 20
VRBANUS II (Migne *Patrol. Lat.* cli)
Ep. ad Daimbertum : 217. 18

Westmonasteriensis, Consuetudines Monast. S. Petri (ed. E. Maunde Thompson, Lond. 1902)
p. 147 : 13. 8
WIBALDUS (Martène et Durand *Vet. Script. Ampl. Coll.*, t. ii, Par. 1724, pp. 153 seqq.)
Ep. cxlvii : 8. 1
WILLELMUS DE CONCHIS (*Dial. de Substantiis confectus a Willelmo Aneponymo philosopho* Argent. 1567)
praef. : 16. 17

ADDENDA ET CORRIGENDA IN POLICRATICO A. 1909 EDITO

praeter ea quae in Tomi II pp. 505–11 recensentur.

In Tom. I.

P. xxiv. 28 *post* iv. 11 *add.* ed. Waitz, p. 250.
xxx. 14 13 *l.* 12.
xxxi. 3 *post* potuit. *add.* Vide Manitium, *Horaz im Mittelalter* (1893), p. 92, n. 2.
xxxii. 33 *dele* Silii Italici etc. *usque ad* opera.
xxxv. 15 *post* tabula *add.* et in Indice Auctorum.
xxxvi. 37 *post* Lexicographi *add.* Cf. Manitium, *Gesch. der lat. Lit. des Mittelalters*, i, p. 350.
xlv. 23. 2, 3 *l.* 8, 9.
8. 7 n. *Libera* etc. : Iuu. viii. 21.
17. 9 *tenebras* etc. : v. Cic. *Acad.* ii. 16.
21. 28 n. *praeferunt* : *praefecerunt* coni. v. d. M. R. James (*Journal of Theological Studies*, xi, p. 468, Apr. 1910).
22. 28 silentium ; uel si forte praeda nobilior, circumuenientium *l.* silentium, uel si forte praeda nobilior circumuenientium (Sic recte A. H. in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, Bd. 38, Hft. 1 (1913)).
24. 22 n. *magno* etc. : v. Lucan. i. 127.
25. app. crit. 21 *Add.* Vide *Athenaeum*, Nov. 13, 1909.
26. 12 uilitatem *l.* utilitatem.
27. 1 n. *Domi* etc. : v. Ter. *Ad.* iii. 3. 59.
29. 25 *Seneca, Soranus* : cf. Boeth. *Consol. Phil.* i. 3 pros.
32. 16 n. *multa* etc. : v. Rom. vii. 4.
39. 6 n. *Add.* Cf. etiam Isid. *Etym.* iii. 16 § 31 ; ubi iam *Tubal* pro *Iubal* scriptum inuenies.
85. 17 n. *Add.* Vide Victorinum *in lib. I Cic. de Inuentione* ; cf. Isid. *Etym.* xi. 3 § 1.
85. 21 n. *Add.* Cf. Priscian. *Part. xii uers. Aen.* § 116 (Keil, *Gramm Lat.* iii, p. 486).
88. 4 n. *nunc per figuras* etc. : v. 1 Cor. xiii. 12.
89. 30 n. *Sibilla* etc. : Vide, cum uiro docto M. R. James (*J. T. S.* xi, p. 408, Apr. 1910) *Sibyllae Visionem* inter Bedae opera nonnunquam typis commissam (Migne *P. L.* xc. 1182 seqq.).
91. 5 n. i. Ext. 2 *l.* i 7 Ext. 2.
97. 8 n. Fortasse pro *urionem* legas *unionem* = *oignon* Gall. 'callosité douleureuse qui vient aux pieds' (Littré s. v.), e coniectura v. d. I. E. Sandys in *Policratici* nostri censura, *English Historical Review*, Jan. 1911, unde plurima in hunc addendorum et corrigendorum registrum transtuli.
97. 25 n. *Add.* Vide *Athenaeum*, Nov. 13, 1909.
100. 29, 30 *noctilucam* pro *nocticulam*, *Dianam* pro *dominam* coniecit v. d. M. R. James loc. supra cit.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 109. 11 seq. *si tamen poeta* etc. : v. Seru. *in Aen.* i. 382, Isid. *Etym.* viii. 7 § 10.

112. 23 n. *Dele* sed unde *et quae sequuntur, usque ad* nescio *et in eorum locum substitue* : v. Macrob. *in S. S.* i. 19 § 27.

113. 22 *uenenum* etc. : v. Hieron. loc. infra cit. ad 186. 7, 204. 13.

117. 9, 10 *patrem* etc. : v. Verg. *Aen.* ii. 724.

122. 15 *Romani auctorem eloquii* : v. Lucan. vii. 62, 63. Cf. Aug. *de C. D.* xiv. 18.

167. 21 *post* animalis *add.* ,

167. 22 *post* egritudinis *add.* ,

167 24 erogabunt ab *l.* erogabunt. Ab.

167. 30 mihi *l.* michi

185. 16 *aures* etc. : v. Hor. *Sat.* ii. 5. 32, 33.

190 21 *sicut bos* etc. : v. Prov. vii. 22.

200. 26 n. *Add.* Iord. Rom. 253 seq. (v. Hofmeister, *Stud. über Otto von Freising* ii. 739 n., 744 n.).

204. 16 *finem suum* etc. : v. Quintil. ii. 17. 21.

205. 25, 26 *si omissis* etc. : v. Hor. *Sat.* ii. 3. 19.

218. 22 *libera* etc. : v. Iuu. *Sat.* viii. 211.

235. 12 *dum sunt* etc. : v. Eph. iv. 25.

235. 14 n. Bernardus Carnotensis an ipse Nostri magister fuerit, incertum est ; certe non fuit idem qui *Breuiarium de Mundi Vniuersitate* scripsit.

237. 13 n. *post* floruit *add.* (*Summ.* ed. Basil. 1563, col. 1070).

239. 10 *ad Stoicos* etc. : v. Cic. *de Off.* i. 7 § 23.

243 2 *Studuit* etc. : v. 1 Cor. ii. 2.

243. 9 *cui in hereditatem* etc. : v. Ps. cxi. 6.

254. 22 n. *Add.* Cf. Rog. Bacon. *Secr. Secr.*, ed. R. Steele, p. 58.

275. 14 *Helius* : *dele quae sequuntur et eorum in locum substitue* : i. e. Heluius Pertinax ; v. Hieron. in versione Euseb. *Chron.* (Migne, *P. L.* xxvii. 635, 6). *Helius* siue *Aelius* nuncupatur idem ab Ottone Frisingensi, *Chron.* iii. 26 et alibi.

288. 19, 20 *Add.* Sed et pseudo-Bedam et Rupertum Hieron. in Matt. xxi. 15 (Migne, *P. L.* xxvi. 152) secutos esse monuit v. d. M. R. James (*J. T. S.* xi. 468, Apr. 1910).

295. 10 n. *Add.* Hunc Nostri locum allegat Beneuenutus de Imola in *Comm.* ad Dantis *Purg.* xx. (ed. Flor. 1887, t. iii, p. 523).

305. 8 n. *Add.* Vide Saluianum *de Gubernatione Dei* vi. 5 (Migne, *P. L.* liii. 114), *Tale nobis scilicet Christus reliquit exemplum ; quem fleuisse leginus, risisse non legimus.* Cf. S. Bernardum *de Aduentu Domini* iv § 7 (Migne, *P. L.* clxxx. iii. 50). G. G. Coulton (*Five Centuries of Religion*, i, p. 80, n. 5) sententiam etiam citat quam ut Chrysostomi laudant Thomas Waldensis et Thomas Hibernicus in *Floribus Omnium Doctorum* c. a. 1300 colligatis (ed. 1575, p. 576).

311. 1 n. *Add.* Ait v. cl. Fridericus Pollock in epistola Latine scripta et ad meipsum a. d. iv. Id Apr. mcmxii data : 'Si quis autem Benvenutum (sc. de Imola) ad (Dantis) *Purg.* xx. Io. Sarisb. suadente Iuli Hygini locum de Fabricio rettulisse dixerit, mihi quidem non absurdum uideretur.' V. Beneuenuti *Comm. super Dantis Comoediam*, ed. Flor. 1887, t. iii, p. 523.

P. 315. 18. *Traiano* etc.: Ex epistola supra dicta v. cl. Frid. Pollock: 'Benuenutus de Rambaldis de Imola ad Dantis *Purg.* Cant. x: Ad huius literae intelligentiam uolo te scire quod multi describunt pulcre hanc historiam, sicut Helynandus gallicus et Polycratus anglicus, qui sic scribit libro x: *Traianus tantae fortitudinis et ciuilitatis fuit* etc.' V. Beneuenuti *Comm.* t. iii, p. 285.

316. 15 *totus erat* etc.: Ex epistola Frid. Pollock: '*Et breuiter erat totus in singulis, ut dicit Policratus anglicus.* Sic de Iulio Caesare Beneuenutus de Imola ad Dant. *Parad.* vi.' V. Beneuenuti *Comm.* t. iv, p. 446.

324. 3 ligitium *l.* litigium.

325. 27 *Ne tamen* etc.: v. Boeth. *Consol. Phil.* ii, pros. 8.

326. 7, 8 *beneficium* etc.: v. Publ. Syr., ed. Meyer, p. 21. 5.

327. 22-24 *Veteri* etc.: In epistola ad meipsum ab H. Cohen 10 Mai. a. 1924 data cum hoc comparatur prouerbium anglicum; *You get nothing for nothing and very little for a halfpenny.*

334. 24 n. *Iulius Cesar*: *Dele quae sequuntur et eorum in locum substitue*: v. Sallust. *Cat.* 51 § 2.

334. 25 n. *ista*: *illa* Sall.

334 25. proficiunt *l.* officiunt

334. app. crit. 25 proficiunt M

In Tom. II.

19. 20 n. *pede pes* etc.: *Dele quae sequuntur et in eorum locum substitue*: Stat. *Theb.* viii. 399.

43. 4 n. *Add.* Cf. Hofmeister *Stud. ü Otto v. Freising*, ii. 744 n.

43. 15 n. Ps. xiii. 2 *l.* Ps. xiii. 1

45. 9 n. *Add.* De Senegallia cf. Otton. Fris. *Gest. Frid.* ii. 39, ed. Waitz, p. 146.

49. 1. *umbra nominis*: v. Lucan. i. 135.

50. 9. *mensura* etc.: v. Lucan. i. 175 seq.

62. 2 n. *Add.* Cf. R. L. Poole in ed. Ioannis Saresb. *Hist. Pontif.*, pp. xv, xvi.

81. 16. app. crit. *stipulatis*] *simulatis* M

102. 4 n. *Add.* Isid. *Etym.* viii. 6 § 2.

145. 9 n. *post* ii. 17, *add.* iii 4,

146. 16 n. *post N. O.* i. 61 *add.*, *de Augm.* ii in praef. *Add.*: Cf. etiam Eckehart (ed. H. Büttner, ii. 4) *Sie gehen wie einer der seines Wegs verwüsst; je weiter er geht, je mehr er irrt*

152. 27 *erubescunt*: *gaudebunt* Quintil.

155. 8, 9 n. *ut enim ait* etc.: *Dele quae sequuntur et in eorum locum substitue*: V. *Ep.* lvi ad Gennadium (Migne *P. G.* lxxvii. 319), *ὁ τῆς οἰκονομίας τρόπος . . . οὐδενὶ τῶν συνετῶν ἀπήρεσεν.* Cf. Chr. Kneter, *J. T. S.* xi, p. 388 (Apr. 1910).

174 *post annot. ad 173. 21. add.* Vide C. H. Haskins *Mediaeval Science*, pp. 168 seqq.; quo iudice sub nomine Roborati latet Robertus Crickladiensis, monasterii S. Frideswidae apud Oxonienses prior.

175. 20 A. H. in *Neues Arch. der Gesellsch. für ält. deutsch. Gesch.*, Bd. 38 Hft. i (1913): 'möchte ich nicht *Moyses* ergänzen, sondern eher

ein Versehen Iohannis annehmen, das ASM erkannt und verbessert.'

P. 180. 22 *quod a multis* etc.: v. Lucan. i. 175 seq.

211. 23 *idem uelint idemque nolint*: v. Sall. *Cat.* 20 § 4.

225. 1 *parcendo* etc.: v. Martial. *Epigr.* x. 33. 10.

244. 12 consideratae *l.* considerate

253. 24 n. 1586 *l.* 1556.

255. 34, 35 n. *Add.* Fortasse, ut acute coniectauit vir doctissimus Henricus Bradley, de consuetudine in cenis salutem conuiuarum mutuo propinandi cogitat Noster ; cf. *loving-cup.*

260. 21 strupra *l.* stupra

267. 27 n. *Add* Hunc locum citat Helinandus, *Chron.*, sub a. 1068 (Migne, *P. L.* ccxii. 958) ; v. Hublocher, *Helinand u. I. v. S.* (Regensburg, 1913), p. 27.

269. 1 *certum est* etc.: Hoc locum laudat Rogerus Baconus in commentario suo in *Secretum Secretorum* (ed. Steele, p. 72, n. 1) ; *Pulmentum generaliter sumitur ad molle et durum, liquidum et siccum, sicut patet ex pulmento Ysaac in* Genesi, *et hoc dicunt auctores, ut in libro* Policrato *et in* Smaragdo *et alibi.*

312. 24 n. *Add.* De hoc loco errat cum Nostro Cornelius Agrippa in c. 1. libri *de Vanitate Scientiarum* (ed. Lugd. Bat. 1643, p. 6).

319. 14 n. *pro* deest ap Quintil. *l.* codd. Quintil. habent *in* ; quod om. Bonnell in ed. Teubneriana a. 1884.

320. 2 *si nil aequalium* : Haec uerba in codicibus saeculo xv° antiquioribus deesse me certum fecit v. d. F. H. Colson.

327. 17 *aliae* usque ad *feriebant* : *alia ad aurem inuocabat, uehementius etiam nonnulla feriebat* Quintil. (ed. Bonnell). Dubitauit v. d. F. H. Colson an non textu meliore usus sit Noster.

347. 24 n. Vt monuit H. D. (i. e. v. d. Hippolytus Delehaye) in *Policratici* nostri censura (*Anal. Bolland.* 30, pp. 127, 128), textum Vitae S. Basilii Amphilochio falso attributae Graecum, quem neque in *Actis Sanctorum* neque in *Patrologia* Migniana inuenies, typis commisit in editione Operum Amphilochii Fr. Combefisius a. 1644.

353. 6 n. *Add.* v. 1 Petr. v. 4.

418 18. ullam *l.* nullam *et in app. crit. add.* 18 ullam CBASM

421. 1, 2 n. *quod accepimus* l. *quod accipimus esse intellegentiam* etc.: (v. Bern. Silvestr., ed. Riedel, p. 31).

449. (Graece) 311. 9. *l.* ii. 311. 9.

450 (Helius) *Aelius* l. *Helvius.*

467. *ante* reficere *add.* rabulus 304. 21.

467. *om.* sabulus 304. 21.

498. (*Reynardus Vulpes*) mag. *l.* Hag.

500. (Statius) *post* ii. 12. 21 ; *add.* viii. 399 : ii. 19. 20.

503. (Wace) *Rose* l. *Rou*

505. 26. 9 n. *l.* 27. 9 n.

506. (49. 19 n.) clxii. *l.* clxxii.

506. (51. 7 n.) *pro* ' v *l.* vi ' *legas* ' vi *l.* v '.

506. *om.* '67. 11 n. 89. *l.* 109.'

IN POLICRATICO A. 1909 EDITO

P 507. (122. 13) *post* Quintil. *Inst. Or.* x. 1 § 105 *add.* ex Sen. *Controu.* procem. 1 § 6.

507. (151. 16, *Add.* Anselm. Laud. *Sent.* ed. F. P. Bliemetzrieder, p. 107). Cf. etiam Diels, *Doxogr. Graec.*, p. 302.

507. (156. 32) *pro* '156. 32 n.' *legas* '156. 24 n., 32 n.'

508. *om.* '225. 24 n. 1586 *l.* 1556'.

508. (229. 7 n.) 229 *l.* 209.

509. (310. 10, 11) Trontin. *l.* Frontin.

509. *post* '65. 17 n. 17 *stimulis* l. 16 Habet' *add.* '67. 11 n. 189 *l.* 109'.

510. *pro* '173. 21 n.' *l.* '174 n. ad 173. 21 n.'

510. *post* '247. 23 n. i. 12, 13 *l.* ii. 12, 13; i. 550, 551 *l.* ii. 550, 551' *add.* '255. 24 n. 1586 *l.* 1556'.

510. *om.* '279 *ad calc. pro numero paginae* 297 *l.* 279'.

PRINTED IN GREAT BRITAIN AT THE UNIVERSITY PRESS, OXFORD
BY JOHN JOHNSON, PRINTER TO THE UNIVERSITY